
ANDR. OTTOMARI GOELICKE
Medici ac Prof. Regii


HISTORIA MEDICINAE UNIVERSALIS

QVA

Celebriorum quorumcunque Medicorum
qui a primis artis natalibus ad nostra usque Tempora inclaruerunt

Vitae, Nomina, Dogmata Singularia, Ratiocinia Hypotheses, Sectae, quas condiderunt Innovationes Systematum &c.
adcurate pertractantur, singulaque hinc inde
OBSERVATIONIBVS & ADNOTATIONIBVS
illustrantur.





FRANCOFVRTI cis VIADRVM
Apud JOHANNEM GODOFREDVM CONRADI
M DCC XXI.

BENEVOLE LECTOR!

CUm nulla unquam gens tam barbara fuerit, quae non ſive fortuito in utilia quaedam artis inventa inciderit, ſive prorſus abſoluta quadam neceſſitate coacta fuerit ad medicinam vel inveniendam vel incrementa ejus quomodocunque promovenda: Hinc conſequitur, vixiſſe omni tempore, qui id in ſe laboris ſuſceperunt, ut quivis pro ſuo ingenii modulo ad locupletandam artem tam jucundam uſibusque humanis tam eximie neceſſariam ſuam conferret ſymbolam. Talia vero, quae medicorum tam veterum, quam recentiorum ſcripta, hypotheſes & ſingulares opiniones &c. concernunt, hiſtorica ſerie enarrare, aeque mihi ſvave ac jucundum eſſe videtur, ac ſi quis

alius vitas Imperatorum, Regum, Principum eorundemque res geſtas memoriae proderet. Ordinem quod ſpectat, in concinnanda hac Medicinae Hiſtoria Univerſali talem ſervabo, ut, quales quolibet ſeculo medici celebritatem quandam conſequuti ſint, qualia ſcripta ediderint, quae nova inventa detexerint, quas novas hypotheſes effinxerint, vel quas novas ſectas ſtabiliverint, quas innovationes ſyſtema medicum diverſis temporum intervallis paſſum fuerit, & quae ſunt plura alia memoratu digna, ſimplici & temporum maxime rationi adcommodata methodo enarretur. Speciatim vero in hoc *primo Tomo* quatuor diſtinctis *Periodis* deſcribam univerſum medicinae ſtatum, qualis a condito mundo & primis artis originibus ad *Hippocratis* usque

tem-

tempora fuit, ita quidem, ut *prima Periodo* univerſa Patrum tam *ante* quam *poſtdiluvianorum*, & in his gentis potiſſimum *Hebreae* univerſa res medica declaretur; In *ſecunda* Phoenicum, Aſſyriorum, Babyloniorum, Indorum ac praecipue Aegyptiorum fragmenta exhibeantur; In *tertia* res medicae Graecorum diſcutiantur, & quidem, nimiae prolixitatis vitandae cauſa, a temporibus *Aeſculapii* ad *bellum* usque *Trojanum*; Et in *quarta* demum *Periodo* a Bello Trojano ad tempora Magni usque *Hippocratis* univerſus medicinae ſtatus ſiſtatur. In *tomo* vero *ſecundo* & quidem *periodo quinta* univerſam *Hippocratis Coi* medicinam delineabo; In *ſexta* vero atque poſtrema periodo ſtatum medicinae ſub *Hippocratis* poſteritate ejusdemque coaevis & nonnullis *Graecorum* Philoſo-

losophis sistam, & ad fatalem usque artis medicae divisionem in *diaeteticen, pharmaceuticen* atque *Mirurgicen* continuabo. Quae quidem operis dispositio cum naturali temporum seriei maxime sit adcommodata, vel ideo apud plerosque si non apud omnes, adprobationem merebitur. Quibus vero adminiculis usi fuerimus, & per quos potissimum profecerimus, ipsimet in primo primae periodi paragrapho ingenue confessi fuimus; Ut plura hac vice addere non sit necesse. Tu interim, Benevole Lector, hoc nostro labore fruere, &, sicuti huc usque largiter fecisti, nobis in posterum favere perge.

HISTORIAE

HISTORIAE MEDICINAE VNIVERSALIS PERIODVS PRIMA

Qua

Vniverſa Patrum

& *ante-*

& *poſtdiluvianorum*

& in his potiſſimum gentis

Hebreae

res medica declaratur.



HISTORIAE MEDICINAE UNIVERSALIS
PERIODUS PRIMA

Qua
Universa Patrum & ante- & post-diluvianorum, potissimum gentis Hebreae res medice declaratur.

§. I.

QVod historiae priscae, potissimum profanae, conditoribus evenisse legimus: Idem & nobis, primas Medicinae origenes & antiquitates evoluturis credimus eventurum: Nihil enim fere in vetustioribus rerum gestarum scriptoribus occurrit, quod non putidissimas Poëtarum fabulas redoleat. Quid enim de rebus gentium antediluvianis cum veritate rei dici potest? Quid de

Babyloniis,antiquisſimo Aſſyriorum populo, eorumque Regibus certi? Quibus non obſcuritatibus laborat ipſa hiſtoria Graecorum? Quid? Quod ipſae Romanorum res, praecipue ante urbem conditam usque adeo obſcurae ſint, ut quae de iis referuntur, vix majorem, quam Graecorum Poëtarum fabulae mereantur fidem. Quid itaque mirabimur, quod, cum notante (a) B. Cellario, obſcurae plerumque rerum origines & multis fabularum nebulis obvolutae eſſe ſoleant, primi quoque artis medicae natales iisdem laborent defectibus.

§. II. Auget obſcuritatem operisqve ſuſcipiendi difficultatem defectus ſcriptorum, quippe quorum conamina in ſolis fere promisſis hactenus ſubſtiterunt. Ardentisſimo quidem deſiderio omnes Apollineae artis filii expectarunt *Johannis Henrici MEIBOMII* HISTORIAM Medicinae, quatuor voluminibus conſtantem, ſed hactenus fruſtra;

(a) *Salomo Cellarius* in originibus & antiquitatibus medicis a *Patre*, *Chriſtophoro Cellario* anno 1704. *Halae Magdeburgicae* editis.

frustra; Licet, quid editionem egregii hujus scripti remoratum fuerit, Filius ejus Dn. *Henricus Meibomius* in Academia Julia P. P. satis edocuerit. *Johannes Baptista Capponus* pariter quidem meditatus est historiam medicinae universalem: Quis vero illam in hunc usq; diem vidit? *Thomas Reinesius*, Vir antiquitatum peritissimus, in elaboranda Medicorum historia acriter desudavit, sicuti ipsemet in suis epistolis ad *Hoffmannum* & *Rupertum* testatur: Sed morte praeventus opus imperfectum reliquit. *Aegidius Menagius* vitas priscorum Medicorum promisit, nihil vero præstitit. Interim opus est omni encomio dignissimum, quod molitus est *Johannes Antonida van der Linden* de scriptis Medicorum tam veterum quam recentiorum, quodq; postmodum singulari industria continuavit, locupletavit & ab extantioribus mendis repurgavit *Georgius Abrahamus Mercklinus*, ReipublicaeNorimbergensis Domusq; Teutonicae Medicus ordinarius: Sed universalis historiae titulum non meretur. Accedit, *Voglerum introduction. in notit.*

 Scripto-

Scriptorum Cap. VIII. plurimos naevos literarios dicto in opere adnotasse, quos tamen corrigere & defectus supplere sibi sumpserat *Georgius Hieronymus Welschius*; Licet, an & hic promissa sua solverit, non constet. Possunt etiam non sine ingenti fructu in hoc scriptionis genere evolvi *Theodori Janssonii ab Allmeloveen* Inventa Nov-Antiqua, s. tractatus de Ortu & Progressu artis Chemicae; Item *Johannis Heurnii* tractatus de medicinae origine operibus ejus annexus; *Paschii* Inventa Nov-Antiqua; *Sennerti* opus de Consensu ac dissensu Chemicorum ac Galenicorum. *Melchior Adami* vitas medicorum Germanorum tantum prosecutus est. Huc item pertinet *Leonardi de Capua* historia Medicinae; *Doringius* de origine & progressu artis medicae scripsit; *Wolffgangus Justus* Chronologiam Medicorum & *Martinus Fogelius* historiam medicorum a reliquis omissorum; *Renatus Moreau* Chronologiam Medicorum; *Meibomius* Commentarium in *Cassiodorum* de Archiatris; *Prosper Alpinus* de Medicina Aegyptiorum; *Cleyerus* Specimina

cimina Medicinae Sinicae edidit. *Conringii* Praefatio in Observationes *Salmuthi* ejusdemque antiquitates Academicae consuli pariter possunt. Spectat huc *Matthiae Moroni* Directorium Practicum cum accessionibus *Schefferi*; item *Kircheri* Libri de rebus & arcaniore doctrina Ægyptiorum; *Michaëlis Mejeri* tractatus de veris Germaniae Inventis; *Johannis Georgii Waltheri* sylva medica; *Plutarchi* Liber de vitis philosophorum; *Diogenis Läertii* Libri de vitis & dogmatibus philosophorum; *Vossius* de philosophia; *Conringius* introductione in universam artem medicam cum accessionibus & annotationibus eruditis *Schellhammeri*; Ejusdemque tractatus de Medicina hermetica, aliaque plura, in quibus Historiae quidem Medicinae fragmenta & rudimenta quaedam occurrunt, integra vero & completa ejusdem facies nullibi conspicitur. *Remaclus Fuchsius* scripsit pariter vitas Medicorum, quae cum *Symphoriani Campegii* catalogo prodierunt. Hisce addendus insuper *Petrus Castellanus*, Graecae Lingvae quondam Professor in Aca-

mia Lovanienſi, qui vitas medicorum tam antiquorum quam recentiorum ſcripſit, etſi negari nequeat, plures ab eo fuiſſe omiſſos. Catalogum quoque illuſtrium medicorum edidit *Brunsfelſius*, qui tamen priori & contractior eſt & imperfectior. Concinnavit etiam *Johannes Neander*, Medicus Bremenſis, ſyntagma de medicinae laudibus, originibus & antiquitatibus, quem tamen (b) a Fabro inter plagiarios relatum videmus. Hiſce omnibus adnumerandus *Wittenius*, etſi plerisque palmam praeripuerit *Daniel le Clerc* in Hiſtoria Medicinae, qui ſi eadem dexteritate & induſtria recentem, uti antiquam, proſequeretur hiſtoriam, quemadmodum ſpes eſt ipſum facturum, audeo adſerere, philiatros tandem opus omnibus numeris abſolutisſimum viſuros eſſe. Denique non minus utilis quam jucunda eſt *Johannis Conradi Barchuſen* hiſtoria medicinae, in qua, ſi non omnia, ſaltem pleraque medicorum ratiocinia, dogmata, hypotheſes, ſectae &c. quae ab exordio

(b) Centuria *plagiariorum*.

dio medicinae usque ad tempora noſtra inclaruerunt, pertractantur.

§. III. Quamvis autem obſcurae ſint primae medicinae origines; Nihilominus tamen ſumma ſaluberrimae medendi artis necesſitas dubitare nos non ſinit, quin (c) a triſti primorum

(c) Medicinam ſtatim a triſti Protoplaſtorum defectione ſua cepiſſe primordia negare videtur *Hieronymus Mercurialis Artis Gymnaſticae Lib. 1. Cap. 1. de principiis Medicinae*, qui primis iſtis temporibus paucos aut nullos medicinae uſus nullaque principia extitiſſe graviter pronunciat; Eo quod homines pauciſſimis rebus contenti lautas menſas & opipara convivia non cognoverint, & propinationis conſvetudinem paulatim inductam ignoraverint: Quare nec apparuiſſe morbos, nec nomina morborum innotuiſſe. Quae licet forte de morbis internis concedi quadantenus poſſint, cum *Plato etiam 3. de Republica* referat, defluxionum v. g. catarrhalium nomen usque ad tempora Socratis incognitum fuiſſe, quo tamen morbo nihil hodie ſolet eſſe frequentius: Attamen ad adfectus externos, operam chirurgicam poſtulantes, idem aſſertum extendendum non eſſe, & res ipſa clamat & rationes adlatae pluribus confirmant,

Parentum lapsu sua statim ceperit primordia: Haec enim deploranda a DEO (d) defectio pedissequas habebat mille aerumnas, egestatem, aegritudinem, morbos imo mortem ipsam: Cui malorum lernae aliter mederi non poterant, quam naturam herbarum, fruticum, radi-

(d) Hi turpissimae defectionis fructus fuere: Alioquin eleganter de Adamo ejusque privilegiis, si in statu innocentiae perseverasset, loquitur *Augustinus XIV. de Civitate DEI. 26. Cibus aderat, ne esuriret, potus, ne sitiret, lignum vitae, ne ipsum senecta dissolveret, nihil corruptionis in corpore, vel ex corpore ulla molestia ullis ejus sensibus ingruebat. Nullus intrinsecus morbus, nullus ictus metuebatur extrinsecus. Summa in carne sanitas, in anima tota tranqvillitas &c.* His vero contraria omnia evenire debuisse post tristem illam a DEO defectionem, tam clarum est, quam quod clarissimum. Hinc summa illa medendi artis, in quam incumbere debebant primi statim homines, necessitas: Sanguis enim cum reliqua humorum massa indolem promptissime corruptibilem adquisiverat intrinsecus; ipsa corporis structura tenerrima variis laesionibus violentis patebat extrinsecus &c.

radicum, fructuum &c. probe explorando, ſalubria ab inſalubribus, medicamentoſa a venenoſis, pura ab impuris accurate ſeparando: A (e) carnibus enim

A 5 ani-

(e) Quod ab eſu carnium & animalium mactatorum penitus abſtinuerint Patriarchae antediluviani, ac proinde terrae fructibus vitam ſuam ſuſtentaverint, ſummo nobis argumento eſt eorundem LONGAEVITAS: *Adamus* enim S. S. teſte annum nongenteſimum & trigeſimum, *Setbus* pariter nongenteſimum & duodecimum: *Enos* nongenteſimum & quintum, *Kenanus* nongenteſimum & decimum, *Mahalaleel* octingenteſimum & nonageſimum quintum, *Jared* nongenteſimum & ſexageſimum ſecundum, *Methuſala* nongenteſimum & ſexageſimum nonum, *Lamech* ſeptingenteſimum & ſeptuageſimum ſeptimum feliciter aſſecuti ſunt: Ad quam prodigioſam aetatem non perveniſſent, ſi carnibus fuiſſent uſi; Hae enim, uti medicis abunde notum eſt, copiam chyli & ſangvinis, ac proinde plethoram gignunt, quae deinde motui ſangvinis depuratorio, ſecretorio ſcil. & excretorio, quibus ſangvis a ſum-

animalium mactatorum penitus abstinuisse primos homines, summe mihi videtur probabile. §. IV.

a summa illa, ad quam propendet, ad corruptibilitatem proclivitate provide praeservatur, maxime obest. Qua in sententia nobiscum est *Quercetanus in Diaet. pag. 323.* Eandem longaevitatis causam agnoscit etiam *Prosper Alpinus de Med. Aegyptior.* L. I. p. 23. Ob eandem quoque rationem Brachmanes, Indiae populos longissimae fuisse aetatis, scil. quod carnibus & vino abstinerent, [illegible] tissimum est. Ita etiam *Dicaearch. apud Porphyr. Libr. X.* scriptum nobis reliquit, quod *Saturni* seculo longaevi fuerint homines, quia carnes respuebant, sponte ex terra nascentibus contenti. Idem de simplicitate victus veterum inter alios testatur scriptor profanus *Ovidius Metam. L. 15.*

At vetus illa aetas, cui fecimus aurea nomen,
Foetibus arboreis, & quas humus educat, herbis
Fortunata fuit, nec polluit ORA CRUORE.

De Aegyptiis pariter, quod animalia bruta non mactaverint, res est certissima; Id quod vel inde constat, quia pleraque animalia DEORUM loco coluerunt, qua de causa etiam ridentur a *Juvenali* Satyr. XV. init. *Quis*

§. IV. Ideoque summa veluti necessitate urgente compulsi fuere primi homines ad inquirendam medicinam, cum humani corporis machina non solum ratione partium fibroso-lidescentium variis ac fere momentaneis alteratio-

Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens
Aegyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars haec, illa pavet saturam serpentibus Ibim&c.

Haec enim est ratio, quare Israëlitae Aegyptiis fuerint abominationi; Non quod fuerint pastores: Ipsimet enim greges aluere: Sed quod pecudes, DEOS Aegyptiorum occiderent, mactarent atque comederent, sicuti etiam adnotavit *Morellius Spec. Rei Nummar.* p. 129. Neque vero tantum carnibus abstinebant primi homines, sed etiam potu simplicissimo aquae sitim restinguebant, uti *Claudius Deodatus in Panth. Hygiast. l. 2. c. 2.* expresse testatur, qui Patriarchas usque ad tempora Noachi, quibus demum usus vinorum innotuit, solo aquae potu usos fuisse, admodum verisimile existimat. Alii alias hujusce longaevitatis causas non minus probabiles adferunt, quas inter hic quoque locum suum inveniunt, quas nuperri-

rationibus, a variis causis externis violentis inductis sit exposita, sed & sangvis reliquiq; succi admodum corruptibiles, atq; adeo peregrinarum orgasticarum commotionum in se suscipiendarum capaces sint. Adeo ut (f) miraculo proximum sit, quare homines nec pluribus nec frequentioribus laborent mor-

bosis

me ab Excell. D. *Hoffmanno*, Almae Fridericianae Professore dignissimo, adductas esse recordamur in *dissertatione de methodo vitam longam acquirendi*, quam tamen Dn. *Jacobus Bernard*, judiciosus alioquin rerum physicarum ac medicarum arbiter, acri stylo haud ita pridem perstrinxit in Republica literaria (*republique des lettres*) mense februario 1708. Idem quoque argumentum paulo post magna styli venustate & argumentorum pondere prosecutus est in Academia Wittebergensi Cl. *Bergerus*, *disputatione de vita longa*, quae legi meretur.

(f) Primus universum medicorum ordinem ea de re monuit *Excell. D. Stahlius*, cum Hippocrates & omnes fere reliqui medici cum ipso unanimiter conquerantur, *totum hominem* (universos homines)

bosis adfectibus, qua de re evolvi meretur *Excell. D. Stablii disputatio de infrequentia morborum personali.* Simul quoq; hic perpendendum est, quod, cum omnia reliqua animantium genera intensissimo flagrare videamus desiderio se se conservandi, eumque in finem sedulo evitandi omnia ea, quae ipsis noxia sunt, & e contra prosequendi, quae huic conservationi quocunq; modo inservire possunt, vix appareat credibile, solum hominem usque adeo primis mundi temporibus

a natura (a nativitate) *morbum esse.* Interim non citra rationem cum ipso hic asserimus, videri nobis rem istam miraculo fere proximam, corpus scil. animale, e mixtione summe corruptibili compositum, & insuper inter media corruptionis organa constitutum, ipso corruptionis actu non solum non facile laedi, sed etiam quam diutissime sartum tectumque conservari, i.e. singulos homines per totam vitam suam rarissime aegrotare, & rarissime omnium contingere singulis hominibus multos morbos, simul varios, quique nihil aut parum inter se habeant commune, ac denique minime omnium ob-

poribus sui fuisse incurium, quin majori adhuc solertia inquisiverit in indolem & naturam rerum, a quibus vel bene vel male corpus humanum fuit adfectum, ubi proinde admodum proclive est judicare: ab *his* primos homines provide abstinuisse, *illa* vere summo studio eosdem fuisse sectatos: Qua demum ratione uberrimam nacti sunt occasionem colli-

tingere corpori humano tales aegritudines, quae non magis a causis externis & quidem violentioribus inferuntur, & iis quidem talibus, quae raro ita impetuose grassantur, adeoque rarius quoque nocent: Siquidem leviores illae causae externae, eaeque communiores ex se ipsis parum valerent ad aegritudines inferendas; Sed numerosissimi potius morbi omnium primo & primario in motu se se exererent, qui quo magis essent repentini & funesti, eo etiam magis immediate & eminenter nocerent. Ex quibus omnibus tandem magnum illud & hactenus veluti inter medicos inauditum deducit παράδοξον consectarium: *Rarissimas esse & paucissimas causas, quae varias corpori humano aegritudines valeant immittere, atq;*

colligendi varias obſervationes variosque rerum ſucceſſus per experimenta adornandi, unde prima medicinae incunabula petenda eſſe, oppido liquet.

§. V. Quemadmodum autem omnia inventa nova initio ſolent eſſe (g) rudiora minusque culta: Ita ſimilia etiam

adeo hominem in ſumma illa partium qua fluidarum qua ſolidarum, utpote valde tenerarum & ad diſſolutionem pronarum proclivitate conſtitutum, rariſſime tamen aegrotare. In cujus admirandi phaenomeni rationes curioſius inquiſivit Diſſert. *de mechanismo motus progreſſivi ſanguinis*, ibidemque oſtendit, totum myſterium conſiſtere in motu circulatorio ſanguinis, tanquam actu quodam mechanico, quo proclivitas iſta ad corruptionem fermentativo - putredinoſam feliciter avertitur.

(g) Ita *primam bombardam*, quam *Bartholdus Schwartzius*, monachus invenit, ſtructura admodum ſimplicem & rudem fuiſſe, curioſis adhuc hodie oſtendi ſolet in Camera Rariorum Dresdenſi, ubi in hunc usque diem aſſervatur. Et cui ignotum eſt, formam & ſtructuram *Antliae Pneumaticae*, quam eidem concilia-

etiam habuisse fata artem salutiferam, dubium esse nequit. Unde adfirmare ausim, primam medicinam mere tantum diaeteticam & (h) chirurgicam fuisse.

vit *Illustris Boyle*, Anglus, imo, quam postea magis adhuc correxit celebris Lugdunensium Mechanicus *Moeschenbroeckius*, nuper viventium rebus exemtus, multis modis non solum differre a *Guerickiana* (*Otto* enim *Guerickius*, curiosus & eruditus Magdeburgensium Consul, merito primus Antliae pneumaticae inventor habetur) sed & *Sturmiana*, cujus iconismos in Collegio suo Curioso exhibuit. Idem sentiendum est de Thermometris, quae multo simplicioris structurae deprehenduntur apud *Robertum Fluddium*, nostra vero tempora ad longe majorem perfectionem eadem deduxerunt. Taceo plura alia temporum priscorum inventa, quae sequioribus magis magisq; perpolita sunt.

(h) Chirurgiam ipsa medicina interna longe fuisse antiquiorem, pluribus probavimus in *Disput. nostra de mutilo medicinae corpore resarciendo per chirurgiam & pharmaciam postliminio revocandas* ANNO 1709. Halae Magdeburgicae habita §. 3. 4. 5. 6. & 7. *Primum* enim ob sim-

fuisse: Paulo ante enim assertum est, victum, quo primi orbis terrarum incolae utebantur, fuisse simplicissimum, nec pravis cupiditatibus tantopere indulsisse, adeoque ab effectibus morbosis internis vixisse immunes: Quare neglectis medicamentis internis, solis operationibus chirurgicis, quippe quibus in hac vita, tot tantisque aerumnis casibusque insperatis, vulnerationes partium haud raro inducentibus, exposita, commode carere non poterant. Et hanc fuisse quoque non infimam rationem longaevitatis Patriarcharum, qui & ante & post diluvium vixerunt, a vero haud est absimile, suppositis nempe iis, quae aliunde nobis nota esse scimus.

plicitatem victus, quo fruebantur primi homines, morbis internis non laborabant, ac proinde etiam medicina interna non indigebant: Chirurgia vero aeque facile carere non poterant, quod vita humana multis casibus inopinis, laesiones membrorum inducentibus, sit exposita. *Deinde* pleriq; qui antiquitus medicinam exercuisse dicuntur, uti fuere *Chiron Centaurus*, *Aesculapius* ejus-

§. VI. Accedit, quod primi homines diligenter obſervaverint, a quibus rebus vel bene vel male ſe ſe habuerint, qui certis tentabantur affectibus: Unde in ſimilibus morbis illas proſequi, has vero evitare ſummo ſtudio adnitebantur. Unde etiam Babyloniis, genti antiquiſſimae, in more poſitum erat, uti ex (i) Herodoto diſcimus, aegrotos ſuos in vias publicas exponere, & a praetereuntibus ſciſcitari, num vel ipſi ſimilem morbum fuerint experti, vel alios eodem laborare viderint, qui proinde ipſis ſua dabant conſilia, exponentes ſimul, a quibus rebus vel proſperos vel infauſtos obſervaverint ſucceſſus: Quod idem

que filii, *Machaon & Podalirius* &c. ob peritiam ſuam chirurgicam, quam in perſanandis vulneribus, ulceribus aliisque affectibus externis ſibi acquiſiverant, laudantur, & contra medicinae interius adminiſtratae pauca aut nulla occurrunt veſtigia. Accedit *denique*, chirurgiam tanquam ſenſui propiorem, etiam cognitu faciliorem ac proinde inventu priorem extitiſſe.

(i) Libr. I. C. 197.

idem fecisse etiam Aegyptios & antiquos Lusitanos, (k) Strabo testis est. Atque haec fuit omnium antiquissima morbos & indagandi & curandi ratio.

§. VII. Unde manifestum est, una cum primis hominibus simul quoque saluberrimam medendi artem sua cepisse primordia: (l) Quamvis enim forte cogitari tempus possit, in quo non

 fuerint

(k) Lib. 3. & 16.

(l) Quod corpus humanum non solummodo in statu integritatis suae sartum tectumque conservetur, sed & ab insultibus morbosis defendatur ac vindicetur, id praestat partim principium ejusdem agens internum (Naturam plerique adpellant) actibus vitalibus secretoriis & excretoriis ejusdem incolumitati perpetuo invigilando, partim influxu causarum externarum, potissimum aeris, aquae, alimentorum &c. utpote quarum diversa indole & sani sumus & aegrotamus: Quia multa corpori humano vere utilia ac salutaria sunt, quibus & in statu sanitatis conservatur, &, si morboso quodam affectu tentari incipiat, a damnis & periculis suis sponte i. e. nulla medicatione extrin-

animalium mactatorum penitus abstinuisse primos homines, summe mihi videtur probabile. §. IV.

a summa illa, ad quam propendet, ad corruptibilitatem proclivitate provide praeservatur, maxime obest. Qua in sententia nobiscum est *Quercetanus in Diaet. pag. 323.* Eandem longaevitatis causam agnoscit etiam *Prosper Alpinus de Med. Aegyptior.* L. 1. p. 23. Ob eandem quoque rationem Brachmanes, Indiae populos longissimae fuisse aetatis, scil. quod carnibus & vino abstinerent, [illegible]tissimum est. Ita etiam *Dicaearch. apud Porphyr. Libr. X.* scriptum nobis reliquit, quod *Saturni* seculo longaevi fuerint homines, quia carnes respuebant, sponte ex terra nascentibus contenti. Idem de simplicitate victus veterum inter alios testatur scriptor profanus *Ovidius Metam. l. 15.*

At vetus illa aetas, cui fecimus aurea nomen,
Foetibus arboreis, & quas humus educat, herbis
Fortunata fuit, nec polluit ORA CRUORE.

De Aegyptiis pariter, quod animalia bruta non mactaverint, res est certissima; Id quod vel inde constat, quia pleraque animalia DEORUM loco coluerunt, qua de causa etiam ridentur a *Juvenali* Satyr. XV. init. *Quis*

§. IV. Ideoque summa veluti necessitate urgente compulsi fuere primi homines ad inquirendam medicinam, cum humani corporis machina non solum ratione partium fibrososo-lidescentium variis ac fere momentaneis alteratio-

Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens
Aegyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars haec, illa pavet saturam serpentibus Ibim &c.

Haec enim est ratio, quare Israëlitae Aegyptiis fuerint abominationi; Non quod fuerint pastores: Ipsimet enim greges aluere: Sed quod pecudes, DEOS Aegyptiorum occiderent, mactarent atque comederent, sicuti etiam adnotavit *Morellius Spec. Rei Nummar.* p. 129. Neque vero tantum carnibus abstinebant primi homines, sed etiam potu simplicissimo, aquae sitim restinguebant, uti *Claudius Deodatus in Panth. Hygiast. l. 2. c. 2.* expresse testatur, qui Patriarchas usque ad tempora Noachi, quibus demum usus vinorum innotuit, solo aquae potu usos fuisse, admodum verisimile existimat. Alii alias hujusce longaevitatis causas non minus probabiles adferunt, quas inter hic quoque locum suum inveniunt, quas nuperri-

rationibus, a variis causis externis violentis inductis sit exposita, sed & sangvis reliquiq; succi admodum corruptibiles, atq; adeo peregrinarum orgasticarum commotionum in se suscipiendarum capaces sint. Adeo ut (f) miraculo proximum sit, quare homines nec pluribus nec frequentioribus laborent morbosis

me ab Excell. D. *Hoffmanno*, Almae Fridericianae Professore dignissimo, adductas esse recordamur in *dissertatione de methodo vitam longam acquirendi*, quam tamen Dn. *Jacobus Bernard*, judiciosus alioquin rerum physicarum ac medicarum arbiter, acri stylo haud ita pridem perstrinxit in Republica literaria (*republique des lettres*) mense februario 1708. Idem quoque argumentum paulo post magna styli venustate & argumentorum pondere prosecutus est in Academia Wittebergensi Cl. *Bergerus*, *disputatione de vita longa*, quae legi meretur.

(f) Primus universum medicorum ordinem ea de re monuit *Excell. D. Stahlius*, cum Hippocrates & omnes fere reliqui medici cum ipso unanimiter conquerantur, *totum hominem* (universos homines)

bofis adfectibus, qua de re evolvi meretur *Excell. D. Stablii difputatio de infrequentia morborum perfonali.* Simul quoq; hic perpendendum eft, quod, cum omnia reliqua animantium genera intenfiffimo flagrare videamus defiderio fe fe confervandi, eumque in finem fedulo evitandi omnia ea, quae ipfis noxia funt, & e contra profequendi, quae huic confervationi quocunq; modo infervire poffunt, vix appareat credibile, folum hominem usque adeo primis mundi temporibus

a natura (a nativitate) *morbum effe.* Interim non citra rationem cum ipfo hic afferimus, videri nobis rem iftam miraculo fere proximam, corpus fcil. animale, e mixtione fumme corruptibili compofitum, & infuper inter media corruptionis organa conftitutum, ipfo corruptionis actu non folum non facile laedi, fed etiam quam diutisfime fartum tectumque confervari, i. e. fingulos homines per totam vitam fuam rarisfime aegrotare, & rarisfime omnium contingere fingulis hominibus multos morbos, fimul varios, quique nihil aut parum inter fe habeant commune, ac denique minime omnium ob-

poribus sui fuisse incurium, quin majori adhuc solertia inquisiverit in indolem & naturam rerum, a quibus vel bene vel male corpus humanum fuit adfectum, ubi proinde admodum proclive est judicare: ab *his* primos homines provide abstinuisse, *illa* vere summo studio eosdem fuisse sectatos: Qua demum ratione uberrimam nacti sunt occasionem colli-

tingere corpori humano tales aegritudines, quae non magis a causis externis & quidem violentioribus inferuntur, & iis quidem talibus, quae raro ita impetuose grassantur, adeoque rarius quoque nocent: Siquidem leviores illae causae externae, eaeque communiores ex se ipsis parum valerent ad aegritudines inferendas; Sed numerosissimi potius morbi omnium primo & primario in motu se se exererent, qui quo magis essent repentini & funesti, eo etiam magis immediate & eminenter nocerent. Ex quibus omnibus tandem magnum illud & hactenus veluti inter medicos inauditum deducit παράδοξον consectarium: *Rarissimas esse & paucissimas causas, quae varias corpori humano aegritudines valeant immittere, atq;*

colligendi varias obſervationes variosque rerum ſucceſſus per experimenta adornandi, unde prima medicinae incunabula petenda eſſe, oppido liquet.

§. V. Quemadmodum autem omnia inventa nova initio ſolent eſſe (g) rudiora minusque culta: Ita ſimilia etiam

adeo hominem in ſumma illa partium qua fluidarum qua ſolidarum, utpote valde tenerarum & ad diſſolutionem pronarum proclivitate conſtitutum, rariſſime tamen aegrotare. In cujus admirandi phaenomeni rationes curioſius inquiſivit Diſſert. *de mechanismo motus progreſſivi ſanguinis*, ibidemque oſtendit, totum myſterium conſiſtere in motu circulatorio ſanguinis, tanquam actu quodam mechanico, quo proclivitas iſta ad corruptionem fermentativo - putredinoſam feliciter avertitur.

(g) Ita *primam bombardam*, quam *Bartholdus Schwartzius*, monachus invenit, ſtructura admodum ſimplicem & rudem fuiſſe, curioſis adhuc hodie oſtendi ſolet in Camera Rariorum Dresdenſi, ubi in hunc usque diem aſſervatur. Et cui ignotum eſt, formam & ſtructuram *Antliae Pneumaticae*, quam eidem concilia-

etiam habuisse fata artem salutiferam, dubium esse nequit. Unde adfirmare ausim, primam medicinam mere tantum diaeteticam & (h) chirurgicam fuisse.

vit *Illustris Boyle*, Anglus, imo, quam postea magis adhuc correxit celebris Lugdunensium Mechanicus *Moeschenbroeckius*, nuper viventium rebus exemtus, multis modis non solum differre a *Guerickiana* (*Otto* enim *Guerickius*, curiosus & eruditus Magdeburgensium Consul, merito primus Antliae pneumaticae inventor habetur) sed & *Sturmiana*, cujus iconismos in Collegio suo Curioso exhibuit. Idem sentiendum est de Thermometris, quae multo simplicioris structurae deprehenduntur apud *Robertum Fluddium*, nostra vero tempora ad longe majorem perfectionem eadem deduxerunt. Taceo plura alia temporum priscorum inventa, quae sequioribus magis magisq; perpolita sunt.

(h) Chirurgiam ipsa medicina interna longe fuisse antiquiorem, pluribus probavimus in *Disput. nostra de mutilo medicinae corpore resarciendo per chirurgiam & pharmaciam postliminio revocandas* ANNO 1709. Halae Magdeburgicae habita §. 3. 4. 5. 6. & 7. *Primum* enim ob sim-

fuiſſe: Paulo ante enim aſſertum eſt, victum, quo primi orbis terrarum incolae utebantur, fuiſſe ſimpliciſſimum, nec pravis cupiditatibus tantopere indulſiſſe, adeoque ab effectibus morboſis internis vixiſſe immunes: Quare neglectis medicamentis internis, ſolis operationibus chirurgicis, quippe quibus in hac vita, tot tantisque aerumnis caſibusque inſperatis, vulnerationes partium haud raro inducentibus, expoſita, commode carere non poterant. Et hanc fuiſſe quoque non infimam rationem longaevitatis Patriarcharum, qui & ante & poſt diluvium vixerunt, a vero haud eſt abſimile, ſuppoſitis nempe iis, quae aliunde nobis nota eſſe ſcimus.

plicitatem victus, quo fruebantur primi homines, morbis internis non laborabant, ac proinde etiam medicina interna non indigebant: Chirurgia vero aeque facile carere non poterant, quod vita humana multis caſibus inopinis, laeſiones membrorum inducentibus, ſit expoſita. *Deinde* pleriq; qui antiquitus medicinam exercuiſſe dicuntur, uti fuere *Chiron Centaurus*, *Aeſculapius* ejus-

idem feciſſe etiam Aegyptios & antiquos Luſitanos, (k) Strabo teſtis eſt. Atque haec fuit omnium antiquiſſima morbos & indagandi & curandi ratio.

§. VII. Unde manifeſtum eſt, una cum primis hominibus ſimul quoque ſaluberrimam medendi artem ſua cepiſſe primordia: (l) Quamvis enim forte cogitari tempus poſſit, in quo non

fuerint

(k) Lib. 3. & 16.

(l) Quod corpus humanum non ſolummodo in ſtatu integritatis ſuae ſartum tectumque conſervetur, ſed & ab inſultibus morboſis defendatur ac vindicetur, id praeſtat partim principium ejusdem agens internum (Naturam plerique adpellant) actibus vitalibus ſecretoriis & excretoriis ejusdem incolumitati perpetuo invigilando, partim influxu cauſarum externarum, potiſſimum aeris, aquae, alimentorum &c. utpote quarum diverſa indole & ſani ſumus & aegrotamus: Quia multa corpori humano vere utilia ac ſalutaria ſunt, quibus & in ſtatu ſanitatis conſervatur, &, ſi morboſo quodam affectu tentari incipiat, a damnis & periculis ſuis ſponte i. e. nulla medicatione extrin-

fuerint medici, professione tales, medicinam tamen semper fuisse extra dubium est. Pariter inde liquet, quo sensu capiendum sit, quando grata antiquitas quibus-

secus accedente, liberatur: Unde extitisse tempus, quo quidem nulli medici professione tales fuerint, medicinam vero semper extitisse, non citra rationem asserimus; Et multos imo infinitos homines curatos fuisse sine medicis, absque medicina vero neminem. Cujus asserti veritatem jam dudum adsecutus est *Hippocrates*, dum *Libro de arte* ita loquitur: *Objiciat nobis adversarius, quod multi jam aegri, etiam medico non utentes sanitatem recuperaverint; Et ego huic sermoni fidem non detraho; Apparet autem mihi simile hoc esse, ut etiam medico non utentes, tamen medicinae bonam fortunam experiantur, quamvis non sciant aut intelligant, quia in illa rectum aut non rectum insit. Tamen quod ita bona fortuna a seipsis curati eadem ratione restituti sint, qua ipsi quoque medici usuri essent, aut usi fuissent.* Et paucis interjectis ita pergit: *Meminisse autem utique debere illos, qui ita sine medicorum consiliis convalescant, quod aliquid vel fecerint vel non fecerint, cujus int.rventu sanitatem ita consecuti sint.*

quibusdam hominibus speciatim (m) primam inventionis gloriam attribuere non dubitavit.

Hinc inductione aliquot talium rerum facta tandem concludit: *Ita agnitum iri, quod non sine medicina restituti sint.* Quem Hippocratis locum optime in rem suam vertens *Valleriola Lib. Obs. II. Obs. VI.* ita inquit: *Natura est, quae & sanitatem in nobis tuetur & morbos pellit, ipsa sibi vias inveniens: Ob id Hippocrates multos quidem sine medicis, verum non sine medicina curatos esse ingenue confitetur.* Unde Romam integris sexcentis annis absque medicis fuisse, & rebus tamen suis dextre semper consuluisse, vulgaris, licet falsa, est traditio; Unde *Plinius* Libr. 29. cap. 1. ita inquit: Populus Romanus &c. Sed hanc controversiam inferius pluribus discutiemus. Vid. Excell. *Stahlii* disput. de Medicina sine medico.

(m) Quando in antiquorum monimentis legimus, primam inventae Medicinae gloriam quibusdam Illustribus viris & heroibus sui temporis tribui, & *Apollinem, Aesculapium, Hermetem, Hippocratem* &c. fuisse primos artis Jatricae parentes, id non ita intelligendum est, quasi ante illos nemo fuerit, qui pro

§. VIII. Ex quo autem fonte hauserint salutarem istam doctrinam; & quibus mediis usi fuerint ad indaganda medicinae studia, attendenti obscurum esse

reparanda aliorum sanitate medicamentis usus fuerit; Sed probabilius est, gratam antiquitatem nonnullis hominibus speciatim primam inventionis gloriam indulsisse, quod primi forte fuerint, qui morborum curationibus se se applicuerunt, aut facta sufficiente (pro indole & proportione temporum, in quibus vivebant) experimentorum & observationum numero, reliquos priscorum temporum, qui in eadem arte aliquid ausi fuerant, ita superarunt, ut comparatione instituta longe major in his quam illis perfectio conspiciatur: Unde medicina, habita istorum temporum ratione, rectissime, distinguitur in *Naturalem*, qualis illa primorum hominum fuit, & *Artificialem* seu in artis formam redactam, quam demum faciem successivis temporibus adquisivit, aetate nimirum Hippocratis, ubi vere Dogmatica fieri coepit & systematis naturam induit. De *Naturali* autem rectissime ita sensit *Quintilianus Lib. 2. cap. 17. Illud admonere*

esse nequit, dummodo consideraverit, ipsos etiam paganos artis hujus inventionem Diis immortalibus adscripsisse: Unde (n) *Cicero* ingenue fatetur, DEOrum immortalium inventioni consecratam esse medicinam. Et (o) *Hippocrates* eandem agnoscit originem; quando dicit: Illos, qui primi methodum medendi morbis invenerunt, judicasse, hanc artem dignam esse, cujus inventio DIIS tribuatur. In eadem opinione est etiam (p) *Plinius*, dum inquit: DIIS primum inventores suos assignavit medicina coeloque dicavit. Atque haec procul dubio etiam ratio fuit, cur primi

 medi-

satis est, omnia, quae ars consummarit, a natura initia duxisse: Aut tollatur medicina, quae ex observatione salubrium atque his contrariorum reperta est, atque, ut quibusdam placet, tota constat experimentis. Namque & vulnus deligavit aliquis, antequam haec ars esset, & febrem quiete & abstinentia, non quia rationem videbat, sed quia id valetudo ipsa coegerat, mitigavit.

(n) Tusculan. Quaestion. Libr. 3.

(o) Libr. de prisc. Medicin.

(p) Histor. natural. Lib. XXIX. Cap. 1.

medicinae inventores coelo adſcripti, inque (q) DEORUM numerum relati ſint. Neque ab hac opinione multum abluſiſſe Doctores Judaeos, ex (r) Syracide

(q) Primos medicos frequenter a paganis immortalitate donatos inque DEOrum numerum relatos eſſe, inter omnes conſtat, quamvis prudentiores illorum iſtam Veterum ſimplicitatem merito ludibrio expoſuerint: Unde Cicero Lib. 1. de natura Deorum, ubi ſententiam *Perſei* refert, ita loquitur: *At Perſeus, Zenonis auditor, eos dicit eſſe habitos Deos, a quibus magna utilitas ad vitae cultum eſſet inventa, ipſasque res utiles & ſalutares Deorum eſſe vocabulis nuncupatas.* Et paucis interjectis ita pergit: *Quo quid abſurdius, quam homines jam morte deletos reponere in DEO, quorum omnis cultus eſſet futurus in luctu?*

(r) Jeſus Syrach, Vir inter Hebraeos ſingulari pietate, prudentia variaque rerum divinarum aeque ac humanarum cognitione praeditus, divinoque inſuper ſpiritu donatus, eandem divinam medicinae originem agnoſcit,

racide & Ecclesiaste probari facile potest. Cur ergo soli Christiani usq; adeo forent ingrati, & aliam medicinae, quam divinam, agnoscerent originem?

§. IX. Nihilosecius tamen salva divina providentia asserere licet, multa remedia primis hominibus innotuisse partim (s) Casu & experientia, par-

 tim

dum cap. 38. v. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. Sic loquitur: *Affice medicum suis honoribus ac praemiis, ut necessitate urgente illo uti possis: Nam eum creavit Dominus. Est enim a Supremo medicina, & a Rege stipendium accipiet. Dominus ex terra condidit medicamenta, & prudens homo non contemnit ea. Cede locum medico; Dominus enim illum creavit.* Haec autem aliaque, quae allegari facile possent, si non habeant vim probandi, constantem tamen illam Doctorum Hebraeorum sententiam fuisse, minimum evincunt.

(s) Multa remedia *Casu* inventa esse, nemo facile negabit, nisi in historia medica prorsus hospes fuerit. Vulgatissima

tim vero Ratiocinatione. Quis enim audacter negabit, administrationem venaesectionis, actum purgatorium, injectio-

enim traditio est, usum clysterum homines primum fuisse edoctos ab ave quadam Aegyptia, quae *Ibis* vocatur, & ciconiis nostratibus quam simillima esse creditur. De hac enim ave referunt scriptores, quod, quotiescunque se se sentiat humoribus noxiis gravari, toties sua proluat intestina, aqua scil. marina salsa rostro suo in anum immissa: Cujus quidem rei fidem relinquimus nos historicis, utiliter interim remedii hujus adplicationem in rem nostram vertentes, probe conscii, ejusdem adplicationem & ad praxin clinicam translationem non a medicis recentioribus demum excogitatam esse, sed jam apud Aegyptios invaluisse, quibus proinde utilissimi hujus remedii casu detecti inventio jure deneganda non est, uti manifesta hujus rei testimonia occurrunt apud Aelianum, Diodorum & Herodotum. Eandem originem habuit *actus purgatorius*, quod ex historia *Melampi* & *filiarum Proethi*, quas usu hellebori frequenti, quem a capris suis, quas in pascua deducere solebat,

jectionem clyſterum &c. primas ſuas origines ſoli debere caſui? Quamvis etiam

didicerat, ab inſania ſua, qua laborabant, revocavit, de qua mirabili *Melampi* cura loquitur *Galenus libro de atra bile*, quem poſtea integrum excerpemus, & *Plinius*. Memorabile adhuc ſingularis animantum ſolertiae exemplar legitur apud *Plutarchum libro de ſolert. animal.* ſequentibus verbis: *Medicina, quae manibus fit, exercetur quoque ab Elephantis: Vulneratis enim adſtantes contos, lanceas & ſagittas facile & absque damno aut laniatione evelli obſervant. Capellae Cretenſes, quod dictamno eſa facile ejiciant infixa ipſis ſpicula (ſtatim enim ſauciatae eam herbam ſectantur) gravidis mulieribus occaſionem dederunt, eam vim ejiciendi foetus habere.* Idem tenendum de venaeſectione: Referunt enim de Hippopotamo, eum aſſidua ſatietate obeſum, in arundinoſa littora currere, & acutiſſimo cauti tantiſper incumbere, donec venam in crure vulneraſſet, & hoc ſangvinis profluvio animal ſanatum eſſet plagamque lino obduxiſſet; Unde procul dubio medici ſimilem venaeſectionem in corporibus hominum plethoricis tentarunt. Eadem horum remediorum

etiam ratiocinationi debita ſua laus non ſit deroganda; Imo non parvus Remediorum numerus ipſis (t) Oraculorüm reſponſis in acceptis referendus.

§. X.

origo agnoſcitur apud *Ciceronem Lib. 2. de Nat. DEORVM.* Vomitione canes, purgatione autem alvos IBES Aegyptiae curant. Auditum eſt, pantheras, quæ in barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere; quo cum eſſent uſae, non morirentur: Capras autem in Creta feras, cum eſſent confixae venenatis ſagittis, herbam quaerere, quae dictamnus vocaretur; Quam cum guſtaviſſent, ſagittas excidere dicunt e corpore. Cervaeque paulo ante perpurgantes ſe ſe quadam herbula, quae ſeſelis dicitur. Ita & apud *Ciceronem Lib. 1. de divinatione* ita legitur: *Mirari licet, quae ſint animadverſa a medicis herbarum genera, quae radices ad morſus beſtiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera, quorum vim atque naturam ratio nunquam explicavit.*

(t) Ejusmodi remediorum ab oraculis communicatorum exempla aliquot ex Tabella Marmorea, Romae in templo Aeſculapii in inſula Tiberina inventa, & in hunc usque diem apud Maphaeos

§. X. His de primis artis medicae originibus ita praemissis, sedulo adhuc in antecessum adnotasse juvabit, quod etiam postea pluribus patebit, antiquissimis temporibus medicinam ipsius

---

conservata, excerpta legere licet apud *Hieronymum Mercurialem* Libro 1. de arte gymnastica, quorum unum vel alterum adducemus: Primum sequens esto: Λουκίῳ πλευριτικῷ ϗ ἀπηλπισμένῳ ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπου ἐχρημάτισεν ὁ θεὸς ἐλθεῖν, ϗ ἐκ τοῦ τριβώμου ἆραι τέφραν, ϗ μετ᾽ οἴνου ἀναφυρᾶσαι, ϗ ἐπιθεῖναι ἐπὶ τὸ πλευρὸν ϗ ἐσώθη, ϗ δημοσίᾳ ηὐχαρίστησε τῷ θεῷ ϗ ὁ δῆμος συνεχαρίσατο. J. e. *Lucio affecto pleuritide & desperato a cunctis hominibus oraculum reddidit DEUS, veniret, & ex ara tolleret cinerem, & una cum vino commisceret, & poneret supra latus: Et convaluit, & publice gratias egit DEO, & populus congratulatus est illi.* Alterum tale est: Αἷμα ἀναφέροντι, Ἰουλιανῷ ἀπηλπισμένῳ ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπου, ἐχρημάτισεν ὁ θεός ἐλθεῖν, ϗ ἐκ τοῦ τριβώμου ἆραι κόκκους στροβίλου, ϗ φαγεῖν μετὰ μέλιτος ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ϗ ἐσώθη, ϗ ἐλθὼν δημοσίᾳ ηὐχαρίστησεν ἔμπροσθεν τοῦ δήμου. J. e. *Sanguinem revomenti Julia-*

ipſius (u) philoſophiae partem quandam conſtituiſſe, atque cum eadem ſororio veluti vinculo fuiſſe conjunctam, idque duraſſe usque ad tempora Hippocratis,

no deſperato ab omnibus hominibus ex oraculo reſpondit DEUS, veniret, & ex ara caperet nucleos pini, & comederet una cum melle per tres dies: Et convaluit, & veniens publice gratias egit praeſente populo. Plura ejusmodi curationum exempla videantur loco citato.

(u) Hinc plerique veterum philoſophorum ab iis, qui hiſtoriam medicinae condiderunt, inducuntur tanquam medici, quem morem etiam nos ſequemur. Patet inſuper non ſolummodo ex natura rei, ſed & haud obſcure ex *Colloquio Moschionis* & *Zeuxippi apud Plutarchum Libr. de tuenda ſanitate*: Ita enim *Zeuxippus* ad *Moschionem*: Medicina de reliquis artibus liberalibus nulli nitore, copia, jucunditateque cedens, ſui ſtudioſis proemium ſpectandi porro largitur incolumitatem corporis atque ſanitatem. Non itaque intentandum id crimen philoſophis de ſanitate diſputantibus eſt, quaſi limites tranſilierint: Imo id potius vitio eſſet dan-

tis, quippe qui (w) *primus extitit, qui philoſophiam corporis humani a philoſophis vindicavit, eandemque rei medicae adplicuit:* Quem poſtea ſecutus eſt Serapion, utpote qui pariter *rationalem diſciplinam nihil ad medicinam pertinere*, ingenue profeſſus eſt. Quicquid vero horum ſit, ex natura ipſius philoſophiae oſtendi facile poteſt, medicinam revera nihil eſſe aliud, quam ejusdem ſpecialem tantum partem, corpori humano ſingulari ratione applicatam. Quod ita demonſtro: Philoſophia eſt ſtudium ſapientiae;

dum, ſi non ſublatis omnino terminis locum hunc ſibi communem cum medicis ducerent, in eoque ſvavitatem cum neceſſitate junctam egregio ſtudio conſectarentur. Ita etiam *tract. de liber. educand.* loquitur: Ad corporis curationem duae inventae ſunt ſcientiae ab hominibus, *medicina* & *gymnaſtice*; quarum altera ſanitatem, altera firmam ſani corporis conſtitutionem conciliet. Animi autem aegritudinibus atque moribus ſola medetur philoſophia.

(w) Ita ſentit *Alexander Thomſon*, veterum teſtimonio ſuffultus.

pientiae; Vera autem ſapientia cultoribus ſuis regiam oſtendere debet viam ad veram felicitatem perveniendi: Id vero facit medicina, dum vitam ac ſanitatem homini non ſolum integram conſervare, ſed & labefactatam reſtaurare docet. Cum igitur vita ac ſanitas pari ambulent paſſu, ſintque bona inaeſtimabilia, ad verae felicitatis poſſeſſionem hominem ducentia aut eandem minimum concomitantia, ſequitur, medicinam ad veram ſapientiam pertinere, ac per conſequens eſſe partem philoſophiae. Q. E. D.

§. XI. Non eſt autem, quod ulla nos cura teneat ſuſpenſos atque ſollicitos, quaenam inprimis methodus in pertractanda medicinae hiſtoria aut eligenda aut ſequenda ſit, ut provincia noſtra rite defungamur. Novimus enim, methodum ſemper arbitrariam eſſe, eamq; omnium optimam, quae ad ipſam rei naturam quam proxime accedit. Ars medica nullibi fixas figere potuit ſedes, ſed ab ipſa Patriarcharum poſteritate tranſiit ad Aſſyrios, Chaldaeos,

atque

atque Aegyptios, ab his transmigravit ad Graecos, ab his ad Romanos, a quibus tandem per universum terrarum orbem diffundere sese coepit: Sicque amplissimus nobis pateret campus disserendi de statu medicinae, quem diversis temporum intervallis sub diversis istis populis habuit. Sed malumus hac vice omnem medicinam distingvere in *Antediluvianam* & *postdiluvianam*; Utriusque intuitu contemplaturi statum medicinae, qualis nempe Patrum tam ante quam postdiluvianorum tempore fuit, neque conditionem ejusdem, quam in *Hebraeorum* populo habuit, indicare neglecturi.

§. XII. Ubi maximopere cavendum nobis erit, ne Patriarchis, potissimum antediluvianis, obtorto veluti collo talia tribuamus, quae ipsis nulla ratione competunt, sicuti plerique (x) Rabbino-

C

(x) Vid. *Kircher. Oedip. Aegypt. T. II. P. I. Class. II. p. 48.* ubi ex Rabbinorum scriptis ac testimoniis asserit, Adamum consummatum fuisse Theologum, phy-

binorum faciunt. Interim Adamum post DEUM O. M. verae non solum philosophiae cultorem, sed &, quod nobis praecipue demonstrandum incumbit, primum medicinae inventorem fuisse, affirmare nullus vereor. Eadem enim lex, quae aegritudinibus, infirmitatibus & morti ipsi eum subjecit, ipsum quoque coegit ad inquirendum remedia, ad aerumnosa vitae hujus incommoda quomodocunque aut evitanda aut averruncanda: Qua in re ipsum eo fuisse feliciorem, quo exquisitiorem de rebus naturalibus, quibus (y) nomina eorum naturae

sicum, mathematicum, astronomum, chymicum, medicum &c. quos tamen laute ridet *Bayle* in Dictionar. Crit. voc. Adam.

(y) Hanc sententiam defendit quoque *Eusebius Praepar. Evangelic. XI. 6.* appellationes sc. istas ab Adamo animalibus inditas esse, uti natura eorum postulabat. Eandem amplectitur *Janus Huartus*, medicus Hispanus, *Scrutin. Ingenior. p. 314.* Adamum cuivis earum rerum, quas ipsi DEUS in conspectum produxerat, propria imposuisse nomina,

naturae congrua imposuit, habuit notitiam, facile credimus, faventibus praecipue totidem experimentis, quae tot seculorum, quae pervixit Protoplastes, decursu adornare potuit, faventeque optimo, quo praeditus erat, (z) Tempera-

talia nempe, quae ipsis conveniebant. Unde utique consequitur, Adamum exquisitam verae indolis Creaturarum habuisse notitiam, & philosophiam signatricem (signorum seu characterum) optime intellexisse. Nec juvat objecisse, eum aurem benevolam praebiturum non fuisse blandimentis & illecebris serpentis, si ejusdem naturam probe cognitam ac perspectam habuisset: Nondum enim plene evictum est, quænam istius serpentis, quae Evam blanditiis suis & vanis promissis decepisse dicitur, fuerit ratio.

(z) Adserit & hoc Huartus, l cit. nec bolum istum terrae, ex quo DEUS primum hominem formavit, nec agri Damasceni intemperiem, in quo eum creavit (in Paradisum enim, locum utique temperatissimum collocatus demum est post formationem) resistere ipsi potuisse, quo minus quam optime

peramento. An vero *Logicam*, *Metaphy-ſicam*

temperatum eundem produceret, quia propoſitum ipſi erat, primo homini tribuere omnem perfectionem naturalem, quae in ſpeciem humanam cadere ullo modo poterat. Fuiſſe inſuper formoſum & concinna membrorum proportione inſtructum, tanquam qui omnium rerum creatarum Dominus eſſe debebat: Ut mirandum ſit, ſomniare ſubtiles quoſdam criticos, Adamum fuiſſe *Hermaphroditum* ſeu de utroque ſexu participaſſe. Rectius ſane & ſibimet ipſis & concreditae ſibi Juventuti conſulerent ejusmodi Doctores, rationi corruptae fraena liberius laxantes, ſi ab interpretatione ſacrorum textuum provide abſtinerent! Sic enim tam manifeſto S. Scripturae abuſu ſcandalum non darent proximo ſuo. Quis enim ex Geneſ. c. I. v. 27. extorquebit unquam, Adamum fuiſſe hermaphroditum? Porro autem ex eadem hac temperamenti bonitate concludit idem, quem modo citavimus, *Huartus*, Adamum aluiſſe capillos & barbam rubei coloris: Ita enim l. all. loquitur: *Quod vero Adamus capillos ac barbam aluerit rubei coloris, id quod primum hominis recte temperati ſi-*

ſicam, *Aſtrologiam*, & inprimis (a) Chymiam, uti multi praetendunt, aliasque ſcientias; quae hodie in ſcholis praeleguntur, calluerit, in dubio relinquimus, cum pleraque ad eruditionem aut falſam aut ſuperficiariam tantum pertineant. Medicina certe carere non potuit, poſtquam paradiſo terreſtri, tanquam loco temperatiſſimo, ejectus, omniumque re-

gnum eſt, *citra controverſiam manifeſto patet*; *Etenim reſpectu hujus notae tam evidentis ac ſingularis habito nomen ipſi fecerunt Adam*, quaſi dicas, *homo rufus*, *prout Divus Hieronymus id interpretatur.* Sed hae merae ſunt conjecturae, ex quibus nihil certi concludi poteſt.

(a) Ita ſtatuiſſe *Vincentium Bellovacum*, auctor eſt *Joh. Picus Mirandul.* Lib. III. Cap. I. de auro, procul dubio, ut majorem famam & auctoritatem conciliarent arti chymicae usque adeo antiquae & ipſi veluti mundo coaevae; cum non ſit quaeſtio, quam antiqua ſit aliqua ſcientia, ſed quam vera. Omnia igitur, quaecunque de Chymia *Adami* referuntur, meris nituntur conjecturis, & ne minimam quidem probabilitatis ſpeciem prae ſe ferunt.

rum (b) indigus, vitam laborum plenissimam vivere, noctes sub dio per aestum & frigus agere, discalceatus ac male

(b) Perpulchre de hac indigentia loquitur *Plutarchus Orat. I. de esu carnium: Quid mirum*, inquit, *si animalium carnibus usi sumus praeter naturam eo tempore, quo coenum edebatur, & cortex vorabatur ligni, & gramen invenire virens, aut radicem alicujus herbae fortunatum putabatur: Qui vero glandem gustassent, atque comedissent, prae voluptate choros circa quercum aliquam aut fagum duxerunt, vitae datricem eam matrem nutricemque appellantes &c. Hanc enim seculi festivitatem unicam noverant homines, reliqua omnia perturbationis ac tristitiae plena erant &c.* Nemo itaque miretur, me in tanta omnium rerum adfluentia constitutum primum hominem, nihilominus *omnium rerum indigum* dixisse. Erat enim post lapsum corpore nudus, interdiu vehementissimo aestui solis expositus, noctu vero frigoris incommoda sentiens, male vestitus, discalceatus, tecto domoque destitutus, virtutum vegetabilium, quae ipsum magno numero & varietate circumstabant, prorsus ignarus. Quibus omnibus cum ad vitam conservandam commode ca-

male veſtitus incedere, vagabundus, tecto domoque deſtitutus e regione in regionem transcurrere incipiebat. Vid. *Jani Huarti* Scrutinium Ingeniorum.

 §. XIII.

rere non poſſet, hac rerum omnium indigentia veluti calcari inſtigabatur ad artes iſtas excolendum, quibus ad aerumnas hujus vitae quomodocunque propulſandas neceſſario utebatur, quas inter & medicinam fuiſſe, ex his evidenter liquet. Quod uberius hic probare non foret difficile, niſi cuilibet jam eſſet perſvaſiſſimum, ſolam illam indigentiam fuiſſe primam artium inveniendarum occaſionem: Unde eleganter *Perſius*:

Quis expedivit Pſittaco ſuum χαῖρε
Picasque docuit noſtra verba conari.
Magiſter artis, ingeniique largitor
Venter, negatas artifex ſequi voces.

Sane enim, ſi in ſtatu innocentiae concreato perſeveraſſet *Adamus*, omnibus iis artibus ac ſcientiis, quae in ſcholis hodie magno adparatu docentur, ſuperſedere potuiſſet. *Jurisprudentia* certe opus non habuiſſet, quia litibus forenſibus nullus relictus fuiſſet locus, ſed ſecundum ductum le-

§. XIII. In hac constitutus intemperie suaeque uxori commixtus Protoplastes, similem quoque labem & ἀταξίαν in poste-

gum naturalium ac paucarum forte positivarum vixisset. Nec *Medicina*: Etenim corpus ejus erat immortale, omnis alterationis atque corruptibilitatis penitus expers: Neque denique *philosophia*, tali scil. quae in mera ridiculorum & nihil significantium terminorum aliarumque inutilium speculationum notitia consisteret: Hanc enim jam antea inter partes stultitiae numeravimus, quam proinde fastigio suo penitus indignam judicasset. Sola igitur *Theologia*, quae tamen hac nostra multo fuisset contractior, animum suum occupaturus fuisset, quaeque paucis quibusdam de cognitione DEI, de sanctificatione Sabbathi, de conjugio, vita aeterna aliisque forte capitibus fuisset comprehensa. Reliquas vero artes mechanicas, quas hodie magno numero, saepius ad luxum & voluptatem videmus esse excultas atque ad summum veluti perfectionis fastigium evectas, prorsus neglexisset. Interim summa illa, quam antea innui, indigentia ipsum coegit ad excolendam

posteros suos propagabat, simulque eos media infirmitatibus istis succurrendi edocebat. Quamvis & aliis artibus tam ad necessitatem vitae, quam ad voluptatem spectantibus sedulam navaverint operam. (c) *Cainus* enim urbem condidisse, (d) *Jabal* pecudes in pascua deduxisse, (e) *Jubal* instrumenta

agriculturam, artem pastoritiam ac medicam, si non internam, saltem externam atque chirurgicam, quae in paucis quibusdam operationibus manualibus, ut ut admodum rudibus atque imperfectis, consistebat.

(c) Cui nomen filii sui Hanoch imposuit. Gen. 4. v. 17.

(d) Vid. Gen. 4. v. 20. quem locum R. Salomo Jarchi in Comment. ad hunc locum ita explicat: *Jabal primus fuit, qui pecudes pavit in locis desertis, & sub tentoriis degens, loca mutabat pro ratione pascuorum sui gregis, ita ut pascuis in uno loco absumtis, in alio loco figeret tabernaculum suum.* Quam consvetudinem in nonnullis regionibus orientalibus adhuc hodie vigere, fides historica docet.

(e) *Jabalis* frater, de quo vid. Gen. Cap. 4. v. 21.

musica contrectasse & (f) *Thubalcain* metallorum fusionem & qualemcunque praeparationem intellexisse dicitur. Unde *medicas* quoq; *artes* hosce Patriarchas antediluvianos excoluisse dubitari nequit,

(f) Vid. Gen. 4. v. 22. ubi magister aeris ac ferri dicitur: Unde plerique inventionem Chymiae Thubalcaino tribuunt; Quamvis referente *Sennerto Tract. de consens. ac dissens. Chymic. ac Galenic.* multi sint, qui existiment, ex illo loco nihil plus colligi posse, quam ipsum monstrasse tantum, qua ratione ista metalla ad agriculturam & alios in vita communi usus adhiberi queant. Quibus tamen alii regerunt, illam qualemcunque ferrum & aes cudendi peritiam consistere non potuisse, quin simul sciverit rationem investigandi, coquendi, fundendi, separandi ac purificandi metalla, adeoque artem metallurgicam minimum ipsum calluisse: Id quod & admodum probabile est: Quis enim, chymiam h. e. artificium destillandi & parandi medicamenta ex omni triplici regno ipsum scivisse, sibi persuaderet?

nequit, haud obſcuro ejus rei teſtimonio eorundem (g) longaevitate.

§. XIV. Ab hac vero morum innocentia & ſumma vitae temperantia tandem ita recedebant *Caini* poſteri, ut DEUS univerſali cataclyſmate omnia viventia delere decerneret, (h) ſicuti & factum eſt. *Noachus* vero poſt diluvium ſicuti veram philoſophiam; Ita & reliquas artes, interque eas phyſicam quoque & medicinam ita reſtauravit, ut non immerito pro (i) primo earum ſcientiarum inventore habeatur. Quod enim

(g) Recte jam ſuperius hoc argumento uſi ſumus: Oportet enim Patriarchas antediluvianos in ſumma vitae temperantia vixiſſe ſicque ſanitati ſuae conſuluiſſe; Alias merito παράδοξον videri nobis poſſet, quomodo ad tam prodigioſam pervenerint aetatem. Conferatur *Heideggeri exercitatio de longaevitate Patriarcharum.*

(h) Vid. Gen. c. 6. a v. 1. ad 7. & v. 12. & 13. ejusd. Cap.

(i) Non enim vero ſimile eſt, quod de poſteris Sethi *Joſephus hiſtor. Judaic. Lib. 1. C. 2.* memoriae prodidit, eos ſcil. poſt-

enim profundam rerum naturalium cognitionem habuerit, vel ideo dubium esse nequit, quod arca secundum mandatum DEI exstructa (k) *animalia pura* separa-

quam ab Adamo perceperant, mundum diluvio universali periturum, omnes suas scientias, quas tunc temporis excoluerant, duabus columnis insculpsisse, alteri lateritiae, alteri lapideae, ut, si orbis terrarum secundum Adami praedictionem periret vel igne vel aqua, alterutra saltem superstes maneret, eoque medio, inventorum istorum memoria conservaretur. Sed cum nemo veterum historicorum, praeter solum Josephum, harum columnarum mentionem faciat, merito tota res suspecta & fabulosa nobis videtur.

(k) Difficilis utique inspectionis res est determinare, quo artificio *Noachus* puritatem & impuritatem animalium detexerit, ut proinde ad mandatum divinum prompte *pura ab impuris* segregare potuerit? Nonnulli differentiae hujus rationem in solum DEI beneplacitum & absolutam voluntatem rejiciunt, nonnulli vero differenti animalium indoli, qua *alia* ad corpus humanum nutriendum & vitam conservan-

separaverit *ab impuris*, cunctisque de (l) alimentis naturae eorum congruis prospexerit, evidenti sane argumento, essentiam

dam inutilia imo nociva, *alia* vero utrique scopo adsequendo conducibilia esse observantur, rectius adscribunt: Quod vel inde constare potest, quod ab ipso *Moyse* signa tam puritatis quam impuritatis animalium recenseantur, declarando munda ea animalia, quae non tantum ruminant, sed & ungulas fissas habent: Immunda e contra & populo DEI illicita, quae utroque hoc attributo destituerentur. Unde concludimus, *Noacho* philosophiam characterum fuisse notissimam, eumque ex sola signorum ac characterum differentia, bestiarum quoque differentem indolem aestimasse, sicque ad jussum DEI mox animalia munda, & ad sacrificium & ad esum apta distinxisse ab immundis, quibus non solummodo homines, si iisdem vescerentur, se se polluerent, sed & sacrificia ipsa redderentur impura.

(l) Qui soli rationi humanae, fide non illustratae hic fraena liberius laxant, non possunt comprehendere, quomodo arca a *Noacho* exstructa non tantum ca-

ſentiam animalium, herbarum, fruticum &c. ipſi fuiſſe perſpectiſſimam: Agros

pax fuerit concludendi omnem illum animalium tam purorum quam impurorum numerum, ſed & multiplicem illam alimentorum diverſitatem, pro diverſo iſto animantium genere, ita quidem, ut per integrum fere annum nutritioni iſtorum animalium ſuffecerit. Ex qua proinde difficultate ut extricet ſe ſe *Edmundus Dickinſon*, ſupponit ille in *Phyſica ſua Moſaica*, *Noachum* uti omnes alias ſcientias & artes; Ita etiam ſecretiorem Chymiam calluiſſe, cujus adminiculo paraverit Elixir aliquod mirabile, in quo omnes alimentorum vires ita fuerint concentratae, ut quintam veluti eſſentiam eorum conſtituerit, hujusque Elixiris multa millia lagenarum in arcam ipſum deportaſſe, unamque vel alteram guttulam cuilibet beſtiarum generi quotidie praebuiſſe, cum effectu iſto admirando, ut non ſolummodo in vivis conſervarentur, ſed &, quod miraculoſam fere Elixiris energiam multoties auget, excrementorum alienorum, poſt alimentorum aſſumtionem alias naturaliter ſequentium, dejectionem prae-

Agros etiam coluiſſe & vineas plantaſſe poſt diluvium, aut ſaltem artes iſtas poſtliminio reſtituiſſe, & ad poſterita-
tem

pediverit: Haec enim altera erat, qua torquebatur, difficultas, ubi ſcil. manſura fuiſſent excrementa tot animalium, ſecundum inevitabiles Naturae leges ab ipſis rejecta: Cum nullae in arca adpareant cloacae publicae, per quas eliminari potuiſſent. Ut de phoſphoro, lege artis chymicae parato, qui ignis vel candelarum loco *Noacho* inſervierit, nihil dicam. Sed oportet *Dickinſonem* eo tempore, quo in ridiculas haſce ſpeculationes deſcendebat, aut deliraſſe, aut infinitis, ex quibus difficulter ſe ſe extricabit, implicabitur dubiis. Si enim bovi v. g. iſtius decantati Elixiris guttula una vel altera propinánda fuit, quomodo hoc factum eſt? An cum, an ſine vehiculo? Si abſque vehiculo, minima vel plane nulla ejus portio deſcendit in ventriculum, & per conſequens exiguam debuit habuiſſe efficaciam nutriendi. Si cum vehiculo, quale illud fuit? An Elixir illud ex regnó vegetabili, minerali vel animali paratum fuit? Qua ratione vim ſuam ex ventriculo per

tem suam (m) *Semum*, *Chamum* & *Ja*
phetum propagasse dicitur, a quibus pro
cul dubio antiquissimos populos, *Chal*
daeos, *Assyrios*, *Babylonios*, *Aegyptios* &c
suam hausisse sapientiam probabile est.

§. XV

universam corporis molem potuit diffundere? &c. Hi sunt fructus speculationum philosophicarum, ad exegesin & interpretationem S. Scripturae temere translatarum, ubi necessum est homines sapientes fieri fatuos, si corruptae rationi plus tribuant, quam sapientiae divinae. Longe proinde rectius & summa numinis divini sapientia dignius *auctor libri Sap. Cap. X. v. 4.* ea de re loquitur, quando mirabilem *Noachi* cum omni viventium in arca conclusorum adparatu conservationem, soli divinae providentiae & sapientiae adserit.

(m) Hic ex tribus *Noachi* filiis fuit, qui verae philosophiae propagandae & ad posteros suos transferendae curam in se suscepit. Quod enim *Chamum* attinet, ille nefando scelere Patrem suum graviter irritaverat, ejusque maledictionem in se provocaverat. Vid. Gen. IX. a v. 21. ad 27. Non tamen propterea omnem sapientiam, quam a Noacho, Patre suo

§. XV. Hisce (n) artibus eruditus etiam fuit *Abrahamus*, ita ferente genio gentium, inter quas educatus erat.

didicerat, amisisse videtur, sed quaedam illius rudimenta ad Aegyptios, Chaldaeos, Scythas &c. propagasse. Vid. *Samuel Bocharti Tract. de divisione gentium.* Quae eam potissimum ob rationem a nobis adferuntur, ut a posteritate *Noachi* ipsam quoque scientiam medicam ad dictos populos transmissam fuisse adpareat. Inter Aegyptios enim medicinam praecipue floruisse, patebit in sequentibus.

(n) Non est dubium, quin Abrahamus variarum artium notitia fuerit instructus, quod prolixe probat *Edmundus Dickinson Physic. Mosaic. Cap. XIX.* adducens inprimis locum Gen. 18. v. 19. ubi sic de illo dicitur: *Cognovi ipsum* (Abrahamum) *ut praecipiat filiis suis & domui suae post se, & observent viam Jehovae, ut faciant justitiam & judicium, ut adducat Jehova supra Abrahamum id, quod locutus est de ipso.* Ubi per viam Jehovae tramitem seu viam sapientiae verae recte intelligit. Caeterum jam antea observavimus, *Dickinsonium* physicae suae multa immiscuisse, partim ridicula, partim ab-

Praeter (o) Astronomiam, Physicam & inprimis (p) Onirocriticam, sive artem

surda, a quibus eo solertius cavendum, quo periculosius auctoritati S. Scripturae adferre possent praejudicium.

(o) Non potest equidem certo determinari, quibus cancellis scientiae Abrahami fuerint conclusae; Ejus enim rei nulla certa ad nostra usque tempora pervenerunt monimenta: Interim Astronomiae peritum ipsum fuisse, citra erroris metum adferi potest, quia *Josephus* Lib. 1. Antiq. Judaic. C. IX. expressis verbis testatur, *Abrahamum* hasce artes primum cum Phoenicibus, deinde cum Aegyptiis communicasse, suffultus hac in re testimonio *Berosi*, qui Abrahamum virum magnum, justitiae cultorem & *sideralis scientiae peritum* adpellat. Interim haec omnia de Astronomia proprie sic dicta, quatenus Astrologiae judiciariae, quam plerique Philosophorum hodie vanam atque inutilem esse artem ostendunt, opponitur: quamvis & Historiae philosophicae periti probe norint, astrologiam quoque antiquitus inter partes philosophiae fuisse relatam.

(p) Onirocriticam seu artem interpretandi

artem interpretandi ſomnia &c. calluiſſe ipſum (q) medicinam, vel ex ipſo, quod ducebat, vitae genere colligere licet. Harum ſcientiarum participes quoque reddidit filios ſuos, *Iſaacum* & *Jacobum*,

ſomnia hodie plerique inter ſcientias vanas & otioſas connumerant, cum gentes antiquiſſimae eam olim pro parte philoſophiae habuerint, & quidem recte: Quia DEO tunc temporis placuit, ſuam voluntatem multifariam hominibus inter dormiendum per ſomnia inſinuare, qui tamen modus hodie ceſſavit, licet, an omnia ſomnia hiſce noſtris temporibus a cauſis mere fortuitis tantum oriantur, nullamque rerum futurarum praeſignificationem ſibi habeant ſtipatam, nondum plene a philoſophis ſit evictum.

(q) Medicinae & phyſicae, individuis ſemper comitibus ſedulam navaſſe operam *Abrahamum*, recte concludimus ex eo, quod ducebat, vitae genere. Antiquiſſimis namque temporibus ars vaticinandi, paſtoritia & medica conſtanter conjungebantur, ſicuti paulo inferius in *Melampo* manifeſtiſſimum ejus rei exemplum deprehendemus, qui *vates*, *paſtor* & *medicus* ſimul erat.

cobum, qui ultimus egregium (r) ſcientiae naturalis edidit ſpecimen, explorando vires phantaſiae, ejusdemque artificii ope greges ovium ſuarum mirabiliter multiplicando.

§. XVI. Inter hujus filios *Joſephus* potiſſimum commemorandus eſt, qui praeter (s) onirocriticam, prodigiorum

(r) Mirabile hoc artificium adjuvandi vires naturae, eoque ipſo augendi ovium numerum per colorum mutationem, prolixe deſcribitur Geneſ. Cap. XXX. a v. 37. ad 42. & demonſtrant phyſici, effectum iſtum a ſola vi imaginationis proceſſiſſe. Quantam enim phantaſia matris habeat efficaciam in excitandis variis naevis per ſuperficiem corporis foetus, praeſertim adhuc tenelli, innumeris auctorum obſervationibus confirmari poſſet, ſi id operae valeret pretium. Interim hoc artificium augendi energiam Naturae optime perſpectum fuiſſe *Jacobo*, indeque peritiam Ejusdem phyſicam haud obſcure elucere, recte hinc concluditur.

(s) Hanc orali traditione procul dubio a Patre ſuo, qui eandem ab *Abrahamo* hauſerat, accepit, ejusque mirabilia de-

giorum quoque ſagaciſſimus, ſcientiarumque naturalium, ad quas ſuperius etiam (t) medicinam retulimus, peritiſſimus fuit. Qua de re inſigne extat teſtimo-

dit ſpecimina Gen. c. 40. & 41. Unde etiam ab ipſo Pharaone ad ſummas imperii Aegyptiaci dignitates evectus, & tanquam proximus a Rege toti regno gubernando praefectus eſt. Caeterum mentionem ejusdem injiciunt quoque Scriptores profani, interque illos *Juſtinus Lib. XXXVI. Cap. II. ſequentibus* verbis. *Minimus aetate inter fratres Joſephus fuit, cujus excellens ingenium veriti fratres, cum interceptum peregrinis mercatoribus vendiderunt, a quibus deportatus in Aegyptum, cum magicas ibi artes* (ſcientias procul dubio naturales) *ſolerti ingenio percepiſſet, brevi ipſi regi percarus fuit: Nam & prodigiorum ſagaciſſimus erat, & ſomniorum primus intelligentiam condidit, nihilque divini Juris humanique ei incognitum videbatur.*

t) Ad probandum, *Joſephum* artis quoque medicae haud imperitum fuiſſe, nonnulli adducunt locum ex *Gen. Cap. L. v. 2. & 3. Et Joſephus praecepit ſervis ſuis medicis, ut defunctum in Aegypto Patrem JACOBUM aromatibus condirent; Et medici*

ſtimonium, quod Aegyptiorum Sacerdotes ac Seniores ſapientiam, ad quam ipſa quoque medicina ſine dubio pertinet, docuerit.

§. XVII.

&c. Quemadmodum autem ex hoc loco recte infertur, inter reliquas philoſophiae partes ipſam quoq; medicinam ab Aegyptiis tunc temporis excultam fuiſſe: Ita *Joſephum* ſolerter eidem incubuiſſe minime inde colligitur: Multo vero minus exinde ſequitur, medicos Aegyptios omnes ſervilis conditionis fuiſſe. *Joſephus* enim cum purpuratorum regiorum princeps eſſet, & ad clavum totius imperii ſederet, quis dubitaret, eum medicos quosdam tanquam archiatros ſuos aluiſſe, nullatenus vero ſervorum loco eosdem habuiſſe: Hinc iisdem praecepit, ut patrem ſuum aromatibus condirent; Quod proinde eadem ratione intelligendum eſt, ſicuti vel olim vel hodie adhuc, qui Regi vel magno Principi a conſiliis ſunt, miniſtri vel ſervi eorundem vocantur: Hinc Regina Arabiae, Hieroſolymam ad audiendam Salomonis ſapientiam profecta, felices atque beatos depraedicat ſervos ejus (quo nomine procul dubio purpuratorum regiorum

§. XVII. Post tristia *Josephi* fata durius quidem cum ejusdem posteritate agi coeptum, sed tamen sapientiae studia non penitus eviluere: Quia licet ignobilior plebs durissimo servitutis jugo premeretur, eorum tamen principes seu Praefecti satis adhuc habebant otii, majorum suorum scita subinde recolendi & ad posteros suos propagandi, inprimis cum singulari DEI providentia *Moyses* excitaretur, qui in omni Aegyptiorum Sapientia, cujus primariam partem medicina quoque constituebat, eruditus erat. Plerique credunt, quod etiam

 (u)

non postremos simul comprehendit) continuo Ipsum circumstantes, ejusque sapientiam percipientes. Vid. II. Chronic. Cap. IX. v. 3. 4. 5. 6. & 7. Magis autem stringere videntur argumenta illorum, qui non aliam ob rationem, quam philosophiae & medicinae addiscendae causa *Josephum* Sacerdotis Heliopolitani filiam in uxorem duxisse adseverant, ut hoc modo inter ipsum & sacerdotes Aegyptiorum, qui simul philosophi eorundem erant, arctior intercederet communio. Cum igitur

(u) Chymiae, quae salutaris artis haud ignobilem constituit partem, peritus fuerit:

tunc temporis nulla aeque ars majori solertia excoleretur, quam medicina, nullum sane relinquitur dubium, quin & *Josephus* eidem sese adplicuerit.

(u) Multi tamen etiam sunt, scientiam istam Moysis chymicam audacter negantes, quos inter nomen suum profitetur *Sennertus Tr. de consens. ac diss. Chym. ac Galen. Cap. III. p. 22. & 23.* Quod vix ullo evidenti documento probari queat, *Moysen* fuisse *Chymicum*; Cum verbum Hebraeorum שָׂרַף non tantum comburere sed & fundere & liquare metallum significet. Parum itaque interesse, quocunque tandem modo *Moyses* vitulum aureum comminuerit, dummodo eundem redegerit in pulverem, populoque Israelitico bibendum propinarit: Saltem magnam peritiam chymicam inde non elucere. Sed contra hunc cum aliis recte urgemus verba illa, quae Exod. XXXII. 20. & Deuter. IX. 21. a *Moyse* consignata leguntur, tria innuere: (1.) *Combustionem* vituli aurei, igne factam; (2.) *Contritionem in pulverem tenuissimum* ac denique (3.) *inspersionem* in aquam seu torrentem. Quis

fuerit: Cujus rei manifestissimo id possit esse argumento, quod vitulum aureum, quem *Aaron* jussu populi confecerat,

vero credat, aurum comburi, conteri & in pulverem tenuissimum redigi absque subsidio ignis potuisse, quamvis liquari & fundi solo igne idem posse, non negemus. Frigida proinde nonnullorum est objectio, vitulum lima conteri & in pulverem subtilissimum redigi potuisse: Cum hoc modo utique aurum, licet in subtilissima ramenta divisum, specificam suam gravitatem retinuisset, proindeque constanter fundum petiisset, sicque ab Israelitis bibi non potuisset. Ergo nihil superest aliud, quam ut concludamus, *Moysen*, quicquid in comburendo ac dissolvendo vitulo aureo praestitit, solo artis chymicae subsidio praestitisse. Similiter *Hermannus Conringius*, cui omnia Hermetica antiqua suspecta sunt, Lib. I. Cap. III. p. 22. ridet omnes illos, qui *Moysen* comminuendo vitulum aureum in pulverem, egisse chymicum persvaderi sibi patiuntur, & inter commenta vel fabulas recensere non dubitat, quicquid ea de re dicitur; Quamvis nullas prorsus rationes adferat, quibus

rat, combusserit, in pulverem minutissimum redegerit & populo Israelitico postea epotandum dederit, quod absque secretiori metalla tractandi & fundendi

id confirmet: Unde etiam ab acerrimo suo adversario, *Olao Borrichio Tr. de ort. & progress. artis chymicae* digne refutatus est, & ostensum, *Moysen* vitulum istum, de quo Sacer textus loquitur, igne ita combussisse vel comminuisse, ut in pulverem tenuissimum facile redigi, & in superficiem aquarum projici potuerit, sicque ab Israelitis inter potandum absorberi: Non immerito enim urget, hanc principem veluti circumstantiam hic minime negligendam esse, cineres istos aureos tantae fuisse levitatis, ut vel ipsi aquarum superficiei innataverint, vel saltem aquis interspersi ita fluctuaverint, ut commotione facta ebibi simul potuerint. Confer. *Stahlii Obs. chymico-physico-med. Mens. April. de vitulo aureo combusto ejusdemque Observat. de Moyse chymico*, quae in *observat. Hall.* occurrit, & *Wedelii quoque dissertationem de Moyse Chymico.* An vero, quod communiter fabulantur Hebraeorum Doctores, filii Israelis aquam istam bibentes colorem aureum in bar-

di peritia praestare nunquam potuisset. An vero Matheseos, inprimis Arithmeticae, Geometriae, Musices &c. fuerit peritus, sicuti (w) nonnullis visum fuit, merito dubium nobis videtur.

§. XVIII.

bis acquisiverint, sicque hoc signo ab aliis interdistincti, tanquam criminis idololatriae rei fuerint interfecti? An vero, quod alii somniant, aqua pulvere isto impraegnata eis inflationem ventris pepererit, innocentibus vero saporem dulcem praebuerit, res est incerta, quia Sacrae literae ejus circumstantiae ne verbo quidem meminerunt: Unde & interpretes tacuisse praestaret.

(w) In hac sententia est *Philo Judaeus* Lib. 1. de vita *Moysis: Itaque*, inquit, *numeros sive arithmeticam & Geometriam, universamque musicam, rythmicam, harmonicam, metricam sive contemplativam sive per instrumenta vocesque promentem se variis modis accepit ab Aegyptiis Doctoribus, & insuper occultam philosophiam descriptam literis, ut vocant, hieroglyphicis, h. e. notis animalium, quae ipsi venerantur pro numinibus. Reliquas liberales artes Graeci docebant, ex propinquis autem regionibus evocati Assyrii suas literas, Chaldaei sideralem scientiam.*

§. XVIII. Pertinet huc quoque *Mirjam* seu *MARIA*, *Moysis* & *Aaronis* Soror, quae cum Prophetissa fuerit, quis dubitabit, eandem magna quoque sapientiae laude conspicuam fuisse? An autem in Chemicorum classem referri mereatur, nullo probabili (x) documento constat.

§. XIX.

Ubi merito observat *Buddaeus* Introduct. ad histor. phil. Hebraeor. §. XI. Not. K. *Philonem Judaeum* in eo manifestum committere errorem, quod sibi persvadeat, liberales artes *Moysen* a Graecis edoctum fuisse, cum Graecia tum temporis barbara adhuc esset & sine literis; Ansam vero errandi inde suppeditatam, quod, cum videret sua aetate, in more positum esse Regibus, ut ex peregrinis gentibus accerserent, qui liberos suos erudirent, idem a Pharaone factum statim concludat: Atque ita ex philosophiae Aegyptiacae conditione, quae tempore *Philonis* erat, statim judicavit de philosophia veterum Aegyptiorum, quod facere non debuisset.

(x) Refert quidem *Isaacus Casaubonus in Exercit. I. ad Annal. Baron.* in Bibliotheca

§. XIX. Inter omnes vero Hebraeorum philosopho-medicos *Salomo* tanquam Sol inter stellas minores eminuit atque emicuit. Admiranda fuit ipsius notitia in (y) rebus naturalibus: Locutus enim est de cedro libani, usque ad

Regis Christianissimi adservari *librum de Chrysopoeia* sub hoc titulo: Ἱερὰ τέχνη, in quo non solum laudetur Hermes, sed & citetur Μαριὰμ καὶ Ἰȣδαι καὶ γραφαί. Quae vero connexio? Laudatur Hermes & mentio fit *Mariam* sive *Mariae*: Ergo *Mirjam*, *Moysis* soror, chymiae fuit perita. Vid. Sennert. de consens. ac dissens. Cap. III. p. 23.

(y) Multa quidem vulgo nugantur de Salomone ejusdemque artibus atque scientiis, quae partim aperte falsa, partim ridicula sunt. Id tamen certissimum est, ei multa Naturae arcana patuisse, adeoque physicarum rerum, ipso S. codice teste, scientissimum fuisse, cum 1. Reg. IV. v. 30. expresse dicatur, quod sapientia sua omnis orientis & Aegypti famam obscuraverit. An vero usum pyxidis nauticae invenerit, vel saltem ejus adplicationem cognitam habuerit, sicuti demonstrare laborat *Joh. de*

ad hyssopum, quae de pariete egreditur, disseruitque de jumentis & volucribus & reptilibus & piscibus. (z) Chymicum eum fuisse, dubito, num citra absurditatem adfirmari queat. Nec tamen oeconomiae animalis sive functionum corpo-

Pineda Libr. de rebus Salomonis, in ambiguo relinquimus, cum argumentum hnnc in finem ab auctore adlatum oppido ridiculum sit, & paucam vel nullam demonstrandi vim habeat.

(z) Qui peritiam chymicam tribuunt Salomoni, luctantur argumentis, quae infirmo admodum talo consistunt. Immensas enim, quas habuit, divitias, artificio alchymistico ipsum acquisivisse quis affirmaret? Cum Sacra Scriptura expresse nobis modum exponat, quo immensas istas opes acquisiverit, mittendo sc. una cum Rege *Hiram* classem in *Ophir*, quod Indiae Orientalis regionem quandam esse plerisque hodie persvasum est, unde quotannis *Salomoni* magnum auri pondus, quod sexcentorum & sexaginta sex talentorum fuit, adlatum fuit, excepto eo, quod mercatores & Reges Arabiae eidem transmiserunt. 1. Reg. 10. De reliquo com-

corporis humani naturalium rudem ipſum fuiſſe, multi probaſſe ſibi videntur ex (a) Eccleſiaſtis capite ultimo, ubi verba a v. 1. ad 6. ita ſonant: Memento creatoris tui in diebus juventutis tuae, antequam veniat tempus affli-ctionis & adpropinquent anni, de quibus

mentum eſt, inventoribus ſuis ſc. Alchymiſtis dignum, quod nonnulli ſenſu myſtico SS. abutentes *canticum canticorum Salomonis* ad artificium Alchymiſticum obtorto collo trahere non dubitant, dum per ſponſum Regem abſurde intelligunt metallorum regem ſc. ſolem vel aurum, per ſponſam vero reginam i. e. argentum ſeu lunam, quae duo per artem ſeſe mutuo amplexentur & in unum veluti coeant. Taceo reliquas abſurditates de *capite corvi*, *cauda pavonis* aliisque nugis, quibus Alchymiſtae, uti pueruli cum teſſeris ludunt.

(a) Locus Eccleſiaſtis elegans eſt & digniſſimus, quem ulteriori illuſtratione proſequamur. Evidens autem eſt, *Salomonem* vitia & incommoda aetatis ſenilis graphice veluti delineare ac depingere hic voluiſſe: Senectus enim, ut cum *Phormione Terentiano* Act. 4. Scen. 1. loquar, *nil niſi morbus eſt*.

bus dicas, non mihi placent, (b) antequam obtenebrescant sol, & lumen & luna & stellae, & (c) a pluvia delapsa

(b) *Antequam obtenebrescant sol, luna & stellae:*) Sicuti per solem intelligit cor & per lunam ipsum Cerebrum; Ita dubium non est, quin sub nomine stellarum omnia reliqua viscera tam medii quam infimi ventris comprehendat, quae sicuti in statu corporis vegeto singula concurrunt ad functionum tam vitalium quam animalium integritatem; Ita contra in aetate senili obtenebrescunt, i. e. debilitantur, hebescunt, adeoque muniis suis rite obeundis non amplius sufficiunt.

(c) *A pluvia delapsa revertantur nubes:*) Elegans instituitur comparatio inter pluvias macrocosmi & stillicidia catarrhalia in senibus: Quemadmodum enim post delapsas pluvias copiosas nemo est, qui non metuat nubes foecundas, a quibus nova metuenda pluviarum stillicidia: Ita etiam senectus, continuis quasi defluxionibus catarrhalibus exposita, superato uno catarrho mox ingruentem novum metuere debet: Senes enim in eo pueris aequiparandi, quod ob defectum sufficientis

lapſa revertantur nubes, quando (d) cuſtodes domus tremiſcunt & nuta-

E bunt

chylificationis & ſangvificationis, abundantiam ſeri excrementitii in glandulis & vaſis lymphaticis gignant, unde varii catarrhi, ſubinde etiam ſuffocativi pulmonum, apoplexia, tuſſis, praecordiorum anguſtiae & anxietates, aſthmata crebra & anheloſa &c. huic aetati admodum ſolemnia ſunt.

(d) *Cuſtodes domus tremiſcunt & nutabunt fortiſſimi*) Sub nomine robuſtorum procul dubio pedes intelliguntur: Hi enim ſunt inſtar totidem columnarum, quibus tanquam totidem Atlantibus tota corporis moles inniti debet: His vero propter virium imbecillitatem fatiſcentibus totum corpus incurvari, & caput contremiſcere, neceſſe eſt. Hinc ſenes ſilicernii fiunt, caput nutat, ſpina dorſi incurvatur, pedes tremiſcunt, & totum corpus carne denudatum verius ſceleton quam hominem offert: Quae vitia cuncta partim a tono & robore partium muſculoſo - fibroſarum, partim vero a functionibus viſcerum laeſis indeque oriunda vitioſa humorum ſaburra originem ſuam trahunt.

bunt fortiſſimi, & (e) otioſi erunt molentes in minuto numero, & tenebreſcent (f) videntes per foramina. Et (g)

(e) *Otioſi erunt molentes in numero minuto*) Deſignatur hiſce verbis negotium maſticationis admodum turbatum ac labefactatum: Senes enim cum ſint edentuli ac proinde primario ciborum comminuendorum inſtrumento deſtituti: Hinc alimenta ſemicruda ad ventriculum dimittendo cruditatibus anſam ſuppeditant. Vitia enim concoctionis primae, quae in ore per legitimam ciborum maſticationem peragi debet, vix emendantur in ſecunda ac tertia. Unde cachexia, ciborum inappetentia ſenibus usque adeo familiaris aliaque vitia iſtis adfinia enaſcuntur.

(f) *Et tenebreſcent videntes per foramina, ſive viſiones per feneſtras:*) Inter morbos enim ſeniles haud ultimum occupat locum caligo ſeu obtenebratio oculorum, qua vel obſcurius vident objecta, vel ſimplicia ebriorum inſtar judicant duplicia, quod non aliunde, quam a vitio humorum in oculis dependet, quod peregrinis corpuſculis repleti ita modificant radiorum viſivorum illapſum, ac ſi revera a muſcis aliisque in-

(g) clauduntur oſtia in platea (h) in humilitate vocis molentis, & conſur-

 gent

ſectis ante oculos obvolitantibus venirent.

(g) *Clauduntur oſtia in platea)* I. e. organa illa, quorum ope excrementorum ſecretio & excretio peragitur, p. n. conſtipantur, clauduntur: Unde ſenes frequentes experiuntur iſchurias, dyſurias atque ſtrangurias propter ſuppreſſionem urinae; Laborant etiam haud infrequenter conſtipatione alvi, quae vitioſae digeſtionis in ventriculo ordinarium eſt conſequens.

(h) *In humilitate vocis molentis conſurgent ad vocem volucris:)* Senes enim taciturni ſunt, paucâ loquuntur, imo piget ipſos os vel labia aperire, quod proinde nihil aliud denotat, quam quod ſacer textus exprimit, *oſtium claudi in humilitate vocis.* Tentatur inſuper perfrequenter ſenectus moleſtis pervigiliis, adeo ut a leviſſimo ſaepe ſtrepitu & cantu galli gallinacei excitentur & reliquam noctem trahant inſomnem, cujus rei cauſas in nimias curas atque ſollicitudines, quibus eorum cor angitur ac miſere ſaepe torquetur, rejiciendas eſſe putamus.

gent ad vocem volucris, & (i) obſurdeſcent omnes filiae cantatrices: (k) Excelſa quoque timebunt & formidabunt in via, (l) florebit amygdalus, quando

(i) *Obſurdeſcent omnes filiae cantatrices:*) Quemadmodum caligine oculi: Ita gravitate auditus & tinnitu occupantur aures in aetate ſenili: Unde aures, quae in juventute ſvavi cantuum modulamine delectabantur, obſurdeſcunt ad ejusmodi cantilenas.

(k) *Excelſa quoque timebunt & formidabunt in via:*) Incurvatio dorſi inſinuatur hiſce verbis, quae iis potiſſimum ſolemnis eſſe conſvevit, qui procerioris ſtaturae ſunt: Unde ſpina in ſeneſtute contracta, totum corpus incurvatur nutatque deorſum, ut terram perpetuo intueri cogantur, atque adeo recte cecinit Poeta:

Contrahimur miroque modo decreſcimus ipſi,
Diminui noſtri corporis oſſa putes:
Nec collum ſpectare licet, ſed prona ſenectus
Terram, a qua genita eſt, & reditura videt.

(l) *Florebit amygdalus:*) Per amygdalum florentem canitiem ſenum intelligimus, qua tempeſtive monentur, ut rationes vitae anteactae prudenter exigant, &

quando (m) locusta gravatur & omnis delectatio perit, quando ibit homo in domum aeternitatis suae & circumibunt in platea plangentes; (n) Antequam resolvatur funiculus argenteus & (o) consumatur fons aureus & (p)

de emigratione in aliam mature cogitent.

(m) *Locusta gravatur & omnis delectatio perit:*) Pruritus senum & reliqui affectus scabiosi, quibus puerorum instar denuo vexantur in senectute, hac phrasi exprimuntur, quibus nonnunquam ita defatigantur & ad impatientiam proritantur, ut omnis delectatio pereat: Unde senes perpetuo queruli & temporum praeteritorum vani & intempestivi laudatores omnibus taedio sunt.

(n) *Antequam resolvatur funis argenteus:* Per funem argenteum nihil aliud possumus aut debemus cum Divino Salomone intelligere, quam spinalem medullam nervosque ex eadem prodeuntes, a cujus praeternaturali resolutione tonica oritur vel hemiplegia vel paralysis universalis, qua plerumque vitae suae finem inveniunt senes.

(o) *Antequam consumatur fons aureus:*) Nulla forte textui sacro vis inferetur, si per

(p) confringatur rota super cisternam, & revertatur pulvis in terram suam, unde

fontem aureum intelligamus arteriam magnam una cum vena cava, per quarum viarum primam sangvis ex corde tanquam communi oceano amandatur versus omnes partes pro earundem nutritione, augmento, secretione & excretione humorum; Per alteram vero, posteaquam hisce muniis sanguis perfunctus est, versus communem istum alveum microcosmicum revehitur. Unde, annon *Salomoni* de circulatione sangvinis, quod alii diserte adferunt, aliquid suboluerit, judicent periti.

(p) *Confringatur rota super cisternam:)* Vix ulli dubio locus relictus esse videtur, *Salomonem* hisce ultimis verbis organa, secretioni & excretioni urinae dicata, renes sc. ureteres atque vesicam urinariam in universa sua structura & connexione describere voluisse. Labefactatur enim vel cessat interdum penitus, & quidem multis de causis naturalis cisternae rotaeque actio, & vel ischuria, dysuria & stranguria laborant senes, ob nimiam horum organorum stricturam, vel oppositam nimiam

unde erat, & spiritus redeat ad DEUM, qui dedit illum. Quam verborum Salomonaeorum explicationem si admittamus, (q) Anatomes ipsum valde fu-

 isse

relaxationem ob musculi sphincteris atoniam, unde incontinentia urinae sequitur. Videtur huc digitum suum intendisse *Wedelius*, dum in physiologia sua ita loquitur: *Renes*, inquit, *cisternae adinstar sunt, ex quibus aqua vel urina blande licet, destillat per pelvim tanquam infundibulum, & ureteres velut canales in vesicam, & mediante uretra effluit: Rota autem seu machina hydraulica tum continuitatem actionis notat, tum ipsam renum structuram; Renum enim interior gibbosa pars si disscetur, & carunculae papillares separentur, tubuli tunc lymphatici accuratiori oculorum acie examinati, stellati quasi adparent, sive rotae lineas aut figuram quasi repraesentant.*

(q) Sensus dicti Salomonaei apud Ecclesiasten paraphrasi non injucunda antea a nobis illustratus, haud obscurum nobis praebet argumentum, sapientissimo Regum historiam saltem partium humani corporis tam externarum quam internarum incognitam non fu-

iſſe peritum, non debebimus non concludere.

§. XX. Poſt *Salomonis* tempora res Judaeorum, quae hactenus florentiſſimae ſub *Davidis* & *Salomonis* principatu fuerant, magis magisque tam quoad politiam quam quoad ſapientiae ſtudia in praeceps ruere coeperunt, donec tandem captivitate Babylonica ſubſecuta ferme penitus extingverentur. Promovit ſcientiarum interitum, poſtquam more ethnicorum in ſectas quoque

iſſe. An vero corpora ſive hominum defunctorum ſive brutorum animantium cultro Anatomico unquam ſubjecerit, certo aſſerere vix licet. Neque ſufficientem concludendi vim habere videntur argumenta, quibus nonnulli demonſtrare conantur, *Salomoni* jam diu ante *Hippocratis* tempora circulationem ſanguinis cognitam atque perſpectam fuiſſe, licet non negemus, *Salomonem*, ut antea adnotavimus, de medulla ſpinali nervisque ex eadem prodeuntibus, de arteria magna, de vena cava &c. more Anatomicis ſolemni locutum eſſe: De *Paſchio* autem, qui pariter ſententiae huic ſubſcribere vide-

que coierunt Hebraeorum philoſophi, unde alios *Pharifaeos*, alios *Sadducaeos*, & alios denique *Eſſaeos* vocatos fuiſſe novimus. Quae vero fata habuerit Medicina ſub diverſarum iſtarum ſectarum dominatu, prolixe non diſcutiemus; Interim ſatis conſtat ex (r) Joſephi potiſſimum teſtimonio, ſtudium medicinae ab (s) *Eſſaeorum* praecipue ſecta

tur, jam alia occaſione obſervavimus, eum dedita veluti opera eo laborare, ut omnia etiam recentiſſima inventa ad antiquitatem referat, rectene an ſecus, eruditorum eſt judicare.

(r) De bello Judaico contra Romanos Libr. II. Cap. XII.

(s) Quam primum a puriore ac ſimpliciore ſapientia, quam per traditionem hactenus veluti inculpatam a Majoribus ſuis acceperant Hebraei, deſciverunt, ad modum philoſophorum gentilium ſtatim in varias ſectas abire coeperunt, imo haereſes ethnicorum ſuas facere, & ſinceram iſtam philoſophandi rationem, quam hactenus religioſe conſervaverant, turpiter commentis paganorum conſpurcarunt. Quemadmodum enim *Pharifaei Stoico-*

ſecta fuiſſe excultum: Unde etiam ſecundum eminentiam *Therapeutae* vocati ſunt. Conferri meretur *diatribe de ortu & progreſſu artis medicae per Judaeos*, *Hamburgi anno 1670.* incerto auctore *edita in octavo*, ubi varia hujus argumenti, quod medicinam Judaeorum concernit, fragmenta occurrunt.

§. XXI.

---

rum ſolemniter favebant hypotheſibus; Ita contra *Sadducaei Epicuraeis* aptiſſime comparantur. Sicuti enim *Pharifaei* credebant, *omnia fato fieri*, *ſublata divina providentia*; Et *bonorum animas transmigrare ex uno corpore in aliud*, *malorum vero aeternis torqueri cruciatibus*, omnia interea metientes ſecundum externa & rigidam coram hominibus vivendi rationem ad ſanctitatem & honeſtatem externam compoſitam ſectantes, ſicuti hypocritae ſolent, ut videantur coram hominibus: Ita ſimiliter ex hiſtoria philoſophica abunde notum eſt, *Stoicos* ejusmodi fato, providentia divina turpiter excuſſa, omnia ſubjeciſſe, & rigidam quidem vivendi rationem ſecundum externa adfectaſſe, revera autem affectuum ſuorum turpia fuiſſe mancipia, quod ſophiſtarum & hypocrita-

§. XXI. In tanta vero Reipublicae, morum ſtudiorumque corruptione magno certe reſtauratore opus erat, qui fuit *MESSIAS*, Salvator mundi, patribus promiſſus, in plenitudine vero temporis demum in carne manifeſtatus. Hujus praecipuum, quod in hoc mundo exequebatur, munus in eo potiſſimum conſiſtebat, ut rejectis Judaeorum

rum omnium proprium eſſe ſolet. Et ſicuti *Sadducaei negabant reſurrectionem mortuorum, immortalitatem animae, exiſtentiam ſpirituum & providentiam ſummi Numinis:* Ita etiam *Epicuraei*, licet vitam ſuam ad morum honeſtatem exterius componerent (Vitam enim horum philoſophorum ignorant, qui voluptuoſam atque carnalem eandem ubiq; carpunt atque traducunt) ſimiliter tamen animae immortalitatem & providentiam divinam penitus negabant. Et quod denique *Eſſaeos* attinet, *Pythagoraeis*, imo certo ſenſu ad *Cynicos* quam proxime accedebant: Sectabantur enim pietatem morumque ſanctitatem, ſtrepitum urbanum cane & angue pejus fugiebant & ſolitariam potius vitam eligebant; Bona omnia habebant invi-

rum fabulosis dogmatibus, imo erroribus, traditionibus & additamentis Patrum, veram denuo sapientiam revocaret, hominibus regiam ad veram felicitatem animaeq; tranquillitatem perveniendi viam ostenderet, ac benefaciendo inprimis salutemque tam animae quam

cem communia, exceptis uxoribus, quippe quas non ducebant, non, quod matrimonium contrahere nefas ducerent, sed quod mulierum mores sapientiae studioso vitandos esse censerent, & quae sunt ejus generis plura, in quibus dogmatibus aeque ac vitae generi tam *Pythagoraeorum* quam *Cynicorum* apertius favebant. Inprimis autem medicae professioni haec secta solertius sese adplicabat; Unde etiam *Therapeutarum* nomen adquisiverunt: Licet non deficiant alii, qui improprie id intelligendum esse censeant, & proinde ad ipsum cultum divinum restringendum potius existiment, quippe quem *Essaei* longe purius, quam reliqui, & a placitis atque consuetudinibus veterum, verbo DEI non praeceptis, remotiorem exercebant.

quam corporis promovendo, de universo humano genere bene mereretur. Hanc ob causam totam Judaeam finitimasque regiones perambulavit, ut aegrotantes obvios vel aliunde ad se deportatos sanaret, & ab aegritudinibus suis liberaret. Qua proinde in re tanquam verum (t) CORPORIS MEDICUM

(t) Nemini forte offendiculo erit, vel gravius propterea nobis quispiam succensebit, quod JESUM CHRISTUM Salvatorem mundi, Medicum adpellitem vel in medicorum seriem eundem referam: Non enim hoc factum fuit sine exemplo; Scripsit namque de *morbis biblicis & de paralyticis Novi Testamenti Bartholinus; De morbis Evangelicis Aderus & Johrenius Senior de Christo Medico, Respondente D. Schultzio* dissertationem habuit Inauguralem, in qua demonstrare potissimum adnisus est, CHRISTUM tanquam Medicum duplici remediorum genere fuisse usum, scil. vel naturalibus vel praeternaturalibus. Ad priorem classem refert (1) Tactum seu impositionem manuum. (2.) Salivam ac (3) verba. Sanationem morborum per Tactum explicare conatur

DICUM sese exhibuit & idcirco hunc sibi

partim per vim effluviorum e corpore Christi emanantium, quod testatur foemina haemorrhöusa, partim per fiduciam aegris implantatam: Ut proinde corpora aegrotantium vim effluviorum, e corpore Christi exhalantium magnetis ac ferri instar reciperent, sicque alteratio illa tam fluidorum in mixtione & temperie, quam solidorum in figura, situ, poris &c. sub secuta fuerit. In cujus rei confirmationem inprimis adduci meretur mirabilis illa curatio strumosorum, quae singulari ceremonia quotannis instituitur a Rege Galliarum per solum contactum manuum. Deinde exhibet catalogum morborum a Christo sanatorum, quorsum (α) refert paralysin, quem affectum B. Lutherus ubique vertit Gichtbrüchtig. Matth. VIII. v. 6. & Luc. VII. & ad contracturam vel paralysin, quam nonnulli vocant scorbuticam, magis videtur respexisse. Confer Matth. IX. a v. 2. ad 7. Luc. V. a v. 18. ad 25. Joh. V. a v. 5. ad 9. Et hunc ultimum fuisse paralyticum, probat multis rationibus Bartholinus. (β) Varia obsessionum genera, quorsum

sibi tribui titulum eo minus indignabitur

etiam pertinet Epilepsia, quem tamen adfectum alii potius somnambulationem dicendam esse mordicus efflagitant: Unde etiam B. Lutherus vocabulum σεληνιάζεται, vertit, lunaticus est; Er ist Monsüchtig, i. e. patitur a Luna: Veteribus enim medicis persuasum fuit, ab effluviis & fermentis lunaribus hunc morbum maxima capere incrementa, & ad ejus quoque conversiones paroxysmum suas servare periodos, maxime circa novilunium, ut hinc etiam medicamenta Epilepsiae opponenda, maxime in certis tantum lunae phasibus exhibenda esse suadeant medici: Vid. Matth. XVII. a v. 14. ad 18. Item Matth. VI. v. 24. mentio fit talis Lunatici, qui pariter in textu graeco σεληνιαζόμενος vocatur: Ubi tamen notari meretur, mentionem quoque injici alterius hominis infelicis, qui expresse a Matthaeo vocatur δαιμονιζόμενος, daemoniacus: Non quod tales obsessi a malo Daemonio actu inhabitentur; Sed quod scriptores sacri ex vulgari gentis opinione loquantur: Siquidem ea aetate omnes graviores morbi, praesertim cum varia

tur, quod DEUS ipſe titulo hoc dele-
ctatus

diſtorſione membrorum & mentis turbatione vel alienatione conjuncti Daemoni adſcribebantur. *Vid. Lightfoot. Hor. Talmud. ad hunc locum.* Similiter *Williſius* C. 2. *de morbis Convulſivis* refert, Theologum quendam Anglum non infimi ſubſellii plerosque Daemoniacos Evangeliſtarum habere tantum pro Epilepticis. Nonnulli volunt, diſtinctos hic intelligendos eſſe adfectus: Vix vero dubium eſt, Epilepticos fuiſſe, quos σεληνιαζομένυς vocat Matthæus, quod ex ſtridore dentium, collectione copioſa ſpumae circa os, convulſione per totum corpus & anguſtia pectoris aliisque phaenomenis manifeſtum eſt. Vid. Marc. IX. v. 20. τὸ πνεῦμα ἐσπάραξεν αὐτὸν; καὶ πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς ἐκυλίετο ἀφρίζων. In eadem ſententia eſt *Bartholinus* de morbis Biblicis p. 81. Patet inſuper ex conſectariis, quae hunc morbum ſecuta ſunt, ſcil. ſurditate & ἀφονία: Qui enim ſurdi naſcuntur, plerumque etiam muti ſunt, ſicuti etiam ſacer Textus haec duo vitia ordinario conjungit. Vid. Marc. IX. v. 25. (γ) Huc pertinet coecitas a nativitate. Vid. Joh. IX. a v. 1. ad 7. Eoque mira-

ctatus esse videatur, dum dicit: (u) Ego DOMINUS MEDICUS TUUS.

F §. XXII.

bilior est hujus adfectus curatio, quo magis ab omni sana ratione remota videntur remedia, quibus Christus usus est: Salivam enim suam injecit in pulverem, indeque confecit unguentum, quo oculi inuncti ac postmodum aqua ex piscina Siloah loti visum restituerunt. Alii volunt, collyrium inde factum; sed ex pulvere & saliva non facile parari potest collyrium, verum potius massa quaedam unguento similis. Πήλος enim, quo vocabulo Evangelista utitur, lutum significat. Alterum exemplum coeci, sputo seu saliva curati, occurrit Marc. VIII. a v. 22. ad 28. ubi notari merentur verba: Καὶ πτύσας εἰς τὰ ὄμματα αὐτοῦ ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας αὐτῷ. Ubi tamen dubium manet, an salivam cum vi in oculos projecerit, an vero linimenti instar blande illiniverit. (δ) Huc pertinet restitutio surdi ac muti, qui sacro Scriptori Κωφὸς μογιλάλος vocatur, quem pariter impositione digitorum in auriculas & immissione sputi in lingvam sanavit. Vid. Marc. VII. a v. 32. ad 35. Alii potius credunt, Christum sali-

§. XXII. Tantum vero abest, Judaeos refractarios, totidemq; beneficiorum tam spiritualium quam corporalium sibi exhibitorum plane immemores, mellifluam istam sapientiam, quam ex sinu Patris sui acceperat, fratribusq; suis secundum carnem manifestaverat Christus, fuisse amplexos, ut potius eadem obstinate repudiata suis tantum fabulosis commentis sese pascerent, superstitiosas & ridiculas traditiones sectarentur, sicq; profundissimis & plus quam Cimmeriis tenebris immergerentur. Ubi admodum proclive est, judicare, magnam quoq; caliginem in ea gentis Hebraeae corruptione animiq; pervicacia, ut reliquis scientiis; Ita & arti medicae incubuisse, ut prae-

vam suam prius in digitos exspuisse, deinde eadem lingvam inunxisse, sicque a vinculo, quo detinebatur, liberasse. Caeterum reliquorum a Christo curatorum morborum classem prolixius prosecuti sunt auctores antea citati, quos evolvere licet, si libet.

(u) Exod. XV. v. 26.

praeter ſuperſtitioſa (w) amuleta nomina-

F 2

(w) Judaei ſemel in ſuperſtitionem prolapſi ſuperſtitioſorum quoque Remediorum magni ſemper Patroni fuerunt; Talia inprimis ſunt Amuleta: Cujus ridiculae ſuperſtitionis exemplar videre licet in certa forma literarum Hebraicarum, quae collo adpenſa magnum dicitur eſſe remedium contra febrem quartanam. Vid. Buxtorf. Synagog. Judaic. Cap. XLV. p. m. 665. qui de ea re ſic ſcribit: In MSCT. quodam Judaico obſervatum hoc experimentum vidi, vocem hanc אברקלז pergamenae inſcriptam & adpenſam fugare febrem quartanam, ut, ſicuti literae minuantur, ita illa gradatim quoque minuatur: Forma autem literarum talis eſt:

א ב ר ק ל ז
א ב ר ק ל
א ב ר ק
א ב ר
א ב
א

Idem Buxtorfius in illorum domibus elementis grandioribus ſcriptum de-

minaque (x) angelorum arti medicae praesidentium vix ulla medicinae a Judaeis excultae reperiantur documenta; Donec tandem per universum terrarum orbem dispersi hodie tam abjecti & effoeminati animi esse deprehendantur, ut fere ad literarum studia inhabiles sint: Unde non nisi turpi lucro inhiantes omnem ferme ingenuitatem perdiderunt, ac proinde fraudibus, circumventionibus illicitisque usuris victum & amictum quaerunt. Mittamus itaque Hebraeos, & ad alios populos nos convertamus, visuri, quales in arte salutari tot seculorum decursu fecerint progressus, vel qualia Medicina ceperit incrementa.

Atque

prehendit Adiriron, אדירירון, Bediriron, & ita deinceps, ut diriron per totum Alphabetum diduceretur, quod proinde efficacissimum credidere remedium contra pestilentiam.


(x) Rabbi Elias docet, tres esse Angelos, qui arti medicae praesideant, quorum primus vocetur *Senöi*, alter *Sansenöi*, ac tertius *Sanmangelof*.

Atque haec potiſſimum ſunt, quae de ſtatu Medicinae, pro indole temporum, quibus Patres tam ante-quam poſt-diluviani vivebant, commentari placuit.



HISTORIAE MEDICINAE UNIVERSALIS
PERIODUS ALTERA

Qua
Universa AEGYPTIORUM scientia medica sistitur.



HISTORIAE MEDICINAE UNIVERSALIS
PERIODUS ALTERA
Qua
Universa AEGYPTIORUM scientia medica sistitur.

§. XXIII.

Qualis aetate *Patriarcharum* tam *ante* - quam *post* - *diluvianorum* medicinae facies atque conditio fuerit, *Periodo praecedenti* dispeximus. Posthaec nullus aeque populus antiquitatis fama illustrior fuit, quam *Phoenices*, *Assyrii*, *Babylonii* atque *Aegyptii*, ad quos, prout conjectura non vana facile adsequimur, ex *Hebraeorum* gente non pauca Doctrinae semina propagata sunt, imo non uno felicitatis genere hae orae illustratae. Praeter antiquitatem vero, qua eminet, nulla simul gens est, quae majori solertia studium medicinae excoluerit, quam iidem *Aegyptii*. Unde propemodum in proverbium abiit: *In Aegy-*

pto(a) *Medicis omnia esse referta*. Ut autem interea de universa *Aegyptiorum* sapientia, inprimis vero ea, quae medicam artem concernit, rectius sentiamus, ordine videbimus, quid in *scientia naturalium*, *physiologia*, *pathologia* ipsaque *therapevtica* praestiterint, postmodum etiam praecipuos auctores, quos tanquam primos medicinae inventores venerati sunt, consideraturi.

§. XXIV. Equidem si (z) *Conringio* fides habenda, pleraque *Aegyptiorum* sive *physiologica* sive *pathologica*, partim

(a) Credibile est, priscis temporibus, ubi in artis formam nondum redacta erat Medicina, sed promiscue administrabatur, *quemlibet fuisse medicum sui ipsius*, adplicando aut sibimetipsi aut amicis & vicinis suis ea remedia, quorum virtutem propria experientia exploraverat: Aucto vero successu temporis remediorum, observationum & experimentorum numero, certis personis haec provincia demandari coepit, indeque tandem medicorum societas suam duxit originem.

(z) De Medic. Hermet. Libr. 1. Cap. X.

tim vana & rudia, partim inepta fuerunt, atque adeo parum ſcientiae verae habuerunt, imo & ipſa (a) medicandi ratio cum alias rudior, tum maxime ſuperſtitione & impietate magica infecta fuit: Licet (b) alio in loco non cogatur non confiteri libere, apud *Aegyptios* artem medicam non tantum ſemper in eximio fuiſſe pretio, ſed & iisdem primam inventae artis gloriam jure denegari non poſſe: Contra ſi (c) *Olão Borrichio* credendum, *Aegyptii* in hiſtoria naturae ad ſtuporem usque inclaruerunt: Pleraque enim fuiſſe ingenioſa, ſobria & origini ſuae fontique veritatis propiora, atque a ſanctisſimis hominibus, *Abrahamo* & *Joſepho* informatos *Aegyptios*, aliorum teſtimoniis tam ſacris quam profanis abunde conſtat. Quae ſententiarum contrariarum divortia clariorem

(a) L. cit. Cap. XI.
(b) L. cit. Cap. IX.
(c) Libro de *Hermetis* Aegyptiorum & Chemicorum ſapientia ab *Hermanni Conringii* animadverſionibus liberata, praefatione ac paſſim toto ſcripto.

rem accipient lucem, posteaquam ex Scriptorum fide dignorum testimoniis adduxerimus, quaenam *Aegyptiorum* fuerint placita in scientia naturalium aeque ac universa medicina.

§. XXV. Ante omnia autem observasse juvabit, (d) *Aegyptiorum Sacerdotes* fuisse, qui universam non solum philosophiam profitebantur, sed ipsam quoque

(d) Constat hoc locupletissimis Auctorum testimoniis: Etenim *Diogenes Läertius Libr. III. Segment. 6.* in vita *Platonis* refert, *Euripidem* una cum *Platone* in *Aegyptum* ad Prophetas sese recepisse, ibidemque morbo comprehensum a Sacerdotibus marina curatione fuisse restitutum: Uude ferunt ipsum postea dixisse:

Mare universa proluit hominum mala.

Et secundum *Homerum*, *Aegyptios omnes medicos esse*, pronunciasse. Neque aliam ob causam *Pythagoras*, *Democritus*, *Eudoxus* aliique in *Aegyptum* peregrinationes susceperunt, quam ut medicinae addiscendae operam navarent: Unde *Moyses* ipse, si *Josepho* fides habenda, non solum omnem *Aegyptiorum* sapientiam edoctus, sed & Sacerdotum ordini ad-

quoque medicinam exercebant. Quapropter etiam victum, quo utebantur, tam studiose eligebant, ut mentem puram sanamque in corpore sano servantes, eo melius tam studio sapientiae invigilare, quam ipsa artis Jatricae sacra tractare possent. Hanc potissimum ob rationem *Sacerdotes Aegyptii* abstinebant sale, cujus rei causam (e) *Plutarchus* hanc fuisse allegat, quod sal exacuendo appeti-

scriptus est; Quod horum inprimis erat, philosophiam excolere, propagare & cum aliis communicare, sicuti ex *Eduardi Stillingfleet Originibus Sacris Lib. II. Cap. II. pag. 239.* liquet. Et de *Josepho*, *Jacobi* filio, jam superius observavimus, eum *Pharaonis* jussu *Sacerdotis Heliopolitani* filiam in uxorem duxisse, ut nimirum arctior inter *sacerdotes* & *Josephum* esset conjunctio mutuaque studiorum communio. Ob eandem plane causam *Chrysippus Cnidius*, magnus olim medicus in *Aegyptum* ad sacerdotes cum *Eudoxo* profectionem suscepit, uti pariter *Diogenes Läertius* in *Eudoxo* testatur.

(e) *Libro de Iside & Osiride*, ubi graeca *Plutarchi* latine reddita ita sonant: *Sacer-*

appetitum magis bibulos atque voraces reddat homines. Similiter omnibus abſtinent (f) piſcibus, eodem *Plutarcho* teſte, quod piſcem credant eſſe cibi genus non neceſſarium, ſed ſupervacuum.

---

dotes ita abhorrent ab excrementorum natura, ut non legumina modo pleraque averſentur & carnes ovillas ac ſuillas, quae multum ſupervacui gignunt; Sed ſalem quoque cibis detrahant, quo tempore ſancte ac pure vivunt: Cum aliis hoc de cauſis, tum quod Sal appetitum exacuendo magis bibulos & voraces reddit. Hinc etiam pane inſulſo veſcuntur, non quod ſalem, quem divinum ac Diis gratum adpellat *Homerus*, abominentur, ſed quod caſtimoniae ſingulari ſtudeant *ſacerdotes Aegyptiorum*; ſalibus vero, cum ob calorem ad rem veneream ſtimulent, provide abſtinent, quod prolixe probat *Plutarchus Sympoſ. Libr. VI. quaeſt. decim.*

(f) Quod Sacerdotes *Aegyptiorum* abſtineant eſu piſcium, rationem reddit *Plutarchus Libr. de Jſid. & Oſirid.* hiſce verbis: *Reliquis Aegyptiis nono primi menſis die ante fores domus ſuae piſcem aſſum edentibus, ſacerdotes non ſolum non guſtant, ſed & ante januam aedium piſces comburunt: Quod*

um. Et quis credat, aliam ob rationem (g) a coepis quoque abhorruisse *sacerdotes Aegyptios*, quam quod earundem usus neque castimoniam exercentibus commodus sit, neque dies festos celebrantibus, quod alteris sitim causetur, alteris vero lacrymas extorqueat. Non enim

piscem dicant esse cibi genus non necessarium, sed supervacuum. In eadem sententia fuit *Homerus*, qui ne socios quidem *Ulyssis* in longa ista navigatione piscibus usos esse docet. Quare vero *Pythagoraei* de animalibus maxime pisces pro cibo sint aversati, rationes inquirit *Plutarchus Sympos. Libr. VIII.*

(g) Vix probabile est, a sacrificulis quicquam sacris insertum esse ratione carens, aut fabulosum, aut a superstitione profectum; sed alia morales habuere causas, alia e natura rerum repetita elegantiae non sunt inania; Quale est de coepis: *Incidisse enim in fluvium ac periisse Dictyn, Isidis alumnum, dum coepas captat, extreme est absurdum. Sed sacerdotes aversantur coepam & cavent, quia sola haec planta luna decrescente vigere & augescere solet. Et coepae usus neque castimoniam exercentibus commodus est, neque*

enim putandum, quicquam in ſacrificia illatum eſſe vel ratione carens vel fabuloſum vel a ſuperſtitione profectum, ſed, judice iterum *Plutarcho*, omnia ſuas morales utilesque habuiſſe cauſas exiſtimandum eſt. In eodem cenſu habebant quoque (h) fabam tanquam flatulentam

dies feſtos celebrantibus, alteris, quia ſitim creat, alteris quia lacrymas elicit. Hactenus *Plutarchus.*

(h) Ob ſervandam caſtimoniam *Aegyptii* quoque *ſacerdotes* fabis abſtinuerunt. Refert enim *Plutarchus Sympoſiac. Libr. IIX. ex Herodoto:* Eos neque ſerere neque edere fabam, imo & a conſpectu ejus abhorrere; Plane inprimis abſtinere *ſacerdotes Aegyptiorum*, quod hi ſingulari ſtudeant ſanctimoniae. Hinc idem quoque *Plutarchus Sympoſ. Libr. IX.* adſerit, a fabarum eſu etiam abſtinuiſſe illos, qui per ſomnum divinare cupiebant: Quod fabae ſint flatulentae ac proinde difficiles pariant ſomnos animamque perturbent. Clarius adhuc mentem ſuam explicat & in rationes ſimul naturales digitum intendiſſe videtur idem *Plutarchus Quaeſt. Rom.* ubi ſic loquitur: *Cur caſtimoniam ſervantibus*

tam ac proinde philosophiae studio contrariam; Quem deinde morem *Aegyptiorum* imitati quoque *Graeci*, fabam legumen aestimarunt impurum, sicuti apud (i) *Pausaniam* legitur. (k) Su-

G em

usu leguminum (quorsum etiam fabas jure meritoque referendas esse putamus) *est interdictum? An fabam ob easdem, quas Pythagoraei, causas abominati sunt? Aut quod ad circumpotationes funebres & mortuorum evocationes maxime utuntur leguminibus? Aut potius, quia ad castimoniam adferre oportet corpora pura & tenuia? Legumina autem flatus generant, & superfluitatem gignunt, multa opus habentem expurgatione? Aut quia etiam ad rem veneream instigant ob flatuum & spirituum generationem?*

(i) *Arcadicor. seu Libr. VIII. p. 630.*

(k) Quare suem tanquam impurum & a sacris alienum animal abarceant *Sacerdotes Aegyptiorum*, rationem quoque physicam reddere conatur *Plutarchus Libr. de Isid. & Osirid.* Quod nempe cöeat luna decrescente, & lac ejus bibentium corporibus lepram scabiemque asperam adferat: Unde patet, *Aegyptios* omnem luxuriam, prodigalitatem & deliciarum studium plus quam vatinia-

em denique tanquam impurum animal a sacris quoque arcebant, quod lepram scabiemque corporis adferat. Et profecto credibile non est, *Aegyptios* aliam ob rationem omnem prodigalitatem, luxuriam atque delicias tanto cum studio evitasse, quam ut scientiis, quibus sese devoverant, toto pectore incumbere dignosque in iisdem progressus facere possent. Atque hinc etiam summe nobis probabile videtur, medicinam ab *Aegyptiis* non ruditer, sicuti *Conringio* placet, sed omni dexteritate fuisse excultam.

§. XXVI. Id quod adparebit longe luculentius, si, quid in singulis medicinae partibus praestiterint, ex antiquorum monimentis evolverimus. Et ut a *physica* seu philosophia naturalium, quam

no prosecutos esse odio, ut propterea perhibeatur, *Thebis* in templo positam fuisse columnam, cui dirae imprecationes fuerint inscriptae, in *Meinim* Regem, qui primus *Aegyptios* a tenui, & opum pecuniaeque non indigente victus ratione abduxisse dicitur.

quam plerumque (l) medicinae praemittere in ſcholis ſolent tyrones, ordiamur, vix iterum adſentiri poſſumus (m) *Conringio*, qui totam *Aegyptiorum* ſcientiam naturalium ſuperſtitione magica laboraſſe fabulisque ineptisſimis refertam fuiſſe, contendit. Cui ſuo adſerto ut fidem certiorem adſtruat, in medium producit (n) *phoenices*, *ſphinges* alia-

 que

(l) Unde notiſſimus eſt canon medicorum; *Ubi phyſicus deſinit, ibi medicus incipit:* Sicuti ſimilis fere canon *JCtis* ſolemnis eſſe ſolet: *Ubi ethicus deſinit, ibi JCtus incipit.*

(m) Med. Hermet. Lib. I. Cap. XII.

(n) Meras redolere aniles fabellas, quicquid de *Sphinge*, *phoenice* aliisque id genus animalibus garriunt ſcriptores veteres, non repugnaverim: An vero *Aegyptiis* ſuam debeant originem, nunquam demonſtravit *Conringius*. *Plinius* enim *hiſt. nat. Lib. X. Cap. II. Phoenicem* ad *Arabes* refert, cum ſic loquitur: *Aethiopes atque Indi diſcolores maxime & inenarrabiles fuerunt aves, & ante omnes nobilem Arabiae phoenicem. Sphinges* vero *Aethiopiae* tribuit idem *Plinius Hiſt. Nat. Lib. VIII. Cap. XXI.* Et quid ſi eodem quoque

que id genus per sola *Aegyptiorum* figmenta nata animalia; Atque adeo totam animalium *historiam anilibus* fabulis ac portentosis commentis scatere, inde vult conficere. Neque feliciores fuisse eosdem in expiscandis causis effectuum naturalium, v. g. (o) Nili incrementi annui,

vitio laboraret *Aristoteles*, quem tamen in coelos usque extollit *Conringius*? Nemo sane dubitat, ejusdem Historiam animalium infinitis scatere mendaciis, quippe qui vana credulitate a venatoribus, pastoribus, aniculis &c. seductus uberrimam errandi occasionem nactus est.

(o) Vix credibile est, *Sacerdotes Aegyptios* per tot seculorum intervalla annuam Nili, cui tamen primariam felicitatis suae partem debet *Aegyptus*, inundationem ejusque causam non perspexisse, sed in solas *Syrii* vires rejecisse. Miror autem vehementer, veriora de incrementis Nili annuis edoctum non fuisse *Conringium* ex lectione *Plutarchi*, quem tanquam in scriptis veterum versatissimus procul dubio evolvit; Ille enim *Libr. VI. Cap. I. de placit. philos.* ea de re sic loquitur: *Eudoxus* (qui per integrum XIII. annorum intervallum mi-

annui, utpote de cujus caufis aetate *Herodoti* nihil potuerint determinare *Sacerdotes Aegyptii*, fed omne potius tribue-

G 3 rint

ra patientia in *Aegypto* ad addifcendam fapientiam commoratus eft, (uti *Strabo Libr. XVII.* docet) ait: *Sacerdotes* (Aegyptios, qui arcanorum fuorum retentiffimi erant,) *imbribus & oppofitis temporum anni rationibus rem imputare: Quando enim* (pergit) *apud nos aeftas eft, qui fub aeftivo habitamus Tropico, tum iis, qui e regione fub brumae circulo degunt, hyemem effe, a quibus tum exundans aqua prorumpat.* Idem *Conringio* ex crebra lectione fcriptorum *Galeni*, quae haud dubie verfatili manu crebrius tractavit, conftare potuiffet & debuiffet. Ille enim *Libr. de hiftor. philof.* interprete *Martiano Rota* eundem fere in modum differit: *Eudoxus ab Aegyptiis Sacerdotibus fe accepiffe memorat, permutationem aeftatis in hyemem caufam effe, cur Nilus quotannis exundet: Nam quando nobis, qui fub cancro degimus, aeftas ingruit, habitantibus fub capricorno hyms adeft, quo fit, ut inde advectus Nilus, continuis pluviis auctus, increfcat, & ruptis alveis latiffime fpatietur.* Haec vero omnia nimio *Stagiritae* ame-

rint viribus *Sirii.* Valde insuper in condi-

re excoecatus *Conringius* aut non animadvertit aut dedita opera suppressit, ut laudibus majoribus mactaret *Aristotelem*, qui vel solis ingenii divini viribus fretus vel a quodam *Thrasyalce* edoctus, verius rationem incrementi Nili annui rejecerit in pluvias continuas, in extremis *Aethiopiae* aestate cadentes. Hanc vero hypothesin jam diu ante tempora *Aristotelis* *Aegyptiis* notam fuisse, evincit insuper clarissimum *Diodori Siculi* testimonium: *Philosophi*, inquit, *in Memphi causam incrementi Niliaci adstruunt, confutatu magis difficilem quam probabilem, cui tamen multi adsensum praebent. Terram namque faciunt tripartitam, ut una pars sit in orbe nostro, altera, quae contraria habeat anni tempora hisce locis: Tertia inter duas istas propter aestum inhabitabiles. Si itaque Nilus se extolleret hyemis tempore, ex nostra Zona incrementa fluxus capere ipsum constaret, quia tunc maxime apud nos pluit. Sed cum e contrario per aestatem intumescat, credibile est, opposita orbis regione tempestates hyemales exoriri, undarumque illic redundantiam ad orbem nostrum deferre. Agatarchides Cnidius proxime ad veritatem accessit. Is enim memorat, quotannis in*

conditum esse, quod (p) *ignem credide-*
G 4 *rint*

Aethiopiae montibus pluvias existere continentes a retrogressione solis aestiva usque ad diei & noctis aequationem autumnalem. Ex quibus proinde omnibus luce meridiana adparet clarius, *Aegyptios* diu ante *Aristotelem* non sciscitatos tantum causam inundationis annuae Nili, sed & eandem in imbres *Aethiopiae* aestivos retulisse. Conferatur *Isaac. Vossius de origine Nili.*

(p) Non mirum certe, *Aegyptios* de natura ignis aliarumque rerum naturalium tam obscure locutos esse, quippe quibus solemne erat, omnem reconditiorem doctrinam symbolica ratione tradere, & veluti per aenigmata, ne in vulgus emanaret. Qua de re eleganter *Plutarchus Libr. de Isid. & Osirid. Sacerdotes Aegyptii*, inquit, *ex quibus plerumque reges eorum creabantur, omnem suam sapientiam fabulis occultabant, quod satis declarant, dum sphinges plerumque collocabant ante templa, eo ipso satis innuentes, suam rerum Sacrarum doctrinam constare perplexa & sub involucris laterte sapientia:* Hinc fanum *Minervae*, quod *Sai* est, hanc habebat inscriptionem: EGO SUM OMNE, QUOD EXISTIT, EST ET ERIT;

rint esse belluam quandam animatam, a-quam superstitiosa religione venerati sint, terrae divinitatem adscripserint, nilum adpellaverint *Osiridem*, terram *Jsidem* & oceanum *Typhonem*. Minime praeterea tolerandum, quod docuerint, propterea *Sacerdotes Aegyptios* (q) sale abstinuisse, quod *Typhonis* spumam esse crediderint: (r)

Meumque Peplum nemo adhuc mortalium detexit.

(q) Salem mensis *Sacerdotum Aegyptiorum* inferre nefas quidem erat, non, quod spumam *Typhonis* esse crederent, prout *Conringio* videtur, sed quod vim aphrodisiacam possideret & ad impuram venerem stimularet, qui tamen perpetuae castimoniae sese devoverant: Etiamsi enim sal substantiam seminis proprie non augeat, sed idem saltem turgidius, acrius atque spirituosius reddat: Disponit tamen vel ad ejusdem orgasmum vel in partibus genitalibus pruritum insolitum & titillationem excitat, atque hinc ad salacitatem maxime disponit: Hinc medicis non potest esse ignotum, aquas minerales sale foetas a sterilitate prompte vindicare mulieres: Hinc canes ad generandum inertes,

(r) Ab esu piscium abhorruisse, quod pisces marinos *Typhoni*, Niliacos *Osiridi* sacros esse vane sibi persvaserint; Coe-
G 5 pas

dato sale copiosiore, redduntur salaces: Hinc oves aquam salsam bibentes vel lambentes maturius coeunt: Et *Plutarch. in Sympos.* auctor est, eodem respexisse Poëtas, qui venerem geniturae principem e Salo natam fuisse finxerunt, nihil aliud per salum intelligentes, quam vel salem vel mare salsum. Hanc ob causam Dii marini ab antiquis omnium petulantissimi fingebantur, ipsumque fanum veneris in portu maris ab aruspicibus poni jubebatur. Quae omnia eo collimant, salem foecundum salacitatis parentem esse. Hinc ergo, ut *Plutarch. Sympos. Libr. VI.* recte infert, *Aegyptiorum Sacerdotes* cum castissimi sint, sale in universum abstinuerunt, sicque egregium Philosophiae suae specimen ediderunt, ex quo nihil vanitatis, nihil magicae superstitionis elucet.

(r) Commentitia & *Conringio* penitus indigna sunt, quae adfert, dum rationem reddere laborat, quare *Aegyptiorum Sacerdotes* piscium esu abstinuerint; Id enim non fecerunt, quod pisces mari-

pas, (s) fabas, pisa aliaque leguminosa non violasse, quod in ipsis quoque plantis & fructibus aliquid divini agnoverint. Meras esse ineptias, quod omnibus fere animalibus, simiae, hirco, crocodilo, ciconiae, draconibus &c. (t) *vim divinam* adscripserint. Impium & ab

nos *Typhoni* & Niliacos *Osiridi* forte sacros esse crediderint: Sed quod ob carnem humidiorem, molliorem ac viscidiorem multum excrementi generent. Unde *Clemens Alexandrinus Strom. Libr. VII.* non injuria dicit: *Maxime abstinent a piscibus* (sacerdotes Aegyptiorum) quia carnem reddunt humidam.

(s) Quare iidem *Sacerdotes Aegyptii* vitaverint legumina, fabas, ciceres, pisa &c. ratio non est, quod aliquid divini in iis agnoverint, prout *Juvenali*, strenuo aliorum Irrisori, visum fuit: Sed quod flatulentiam gignendo turbent meditationes & ad impuram quoque venerem sollicitent, sicuti testimoniis ex *Plutarcho* antea adlatis manifestum est.

(t) Coecus sit oportet, qui non videat, non fuisse adeo simplices ac stolidos *Aegyptiorum Sacerdotes*, ut simiam, crocodilum vel simile animal pro DEO a-

ab omni ſincera veritate alienisſimum eſſe, in characteribus atque figuris corporum, virtutem usque adeo mirabilem latere, ut ipſos quoque DEOS cogere queat. Gravius adhuc lapſos eſſe *Aegyptios* in explicandis facultatibus (u) ſide-

gnoverint aut coluerint: Sed ſub hiſce potius fabulis, ſicuti antea ex *Plutarcho* adnotavimus, magna latebant myſteria. His conformia ſunt, quae apud *Lucianum* in DEOrum convivio leguntur, ubi Momus ſequentem in modum in *Aegyptios* invehitur: *Pudet recenſere ciconias, ſimias, hircos & alia his abſurdiora, quae neſcio quomodo ex Aegypto in coelum migrarunt:* Cui tamen reſpondet Jupiter: *Pleraque,* O Mome, *aenigmata ſunt, non omnino a profanis irridenda.*

(u) Quotiescunque ſideralis ſcientiae cultura tribuitur *Aegyptiis*, toties non Aſtrologiae, ſed Aſtronomiae mentio fit, inter quas tamen magna intercedit differentia: Quamvis ex teſtimonio *Diodori Siculi* haud obſcure liceat colligere, utramque ab *Aegyptiis* fuiſſe conjunctam: Ita enim verba ejus habent: *Aegyptii adcuratiſſime ſiderum conſtitutionem & motum obſervant, planetarumque etiam motus &*

ſiderum coeleſtium, eorumque inprimis vi divinatrice, cum tamen aſtrologia divinatoria a *Pico Mirandulano* aliisque artium omnium vanarum facile princeps habeatur. Si quid ergo veri habuerint *Aegyptiorum* praedictiones, illud omne aſtrologicae Doctrinae minime tribuendum, ſed occultis potius Daemonum, quos DEOrum loco coluerint, ſuggeſtionibus, in acceptis referendum fuiſſe. Notisſimum enim eſſe, *Sacerdotibus Aegyptiis* maxime familiarem cum Daemonibus intercesſiſſe conſvetudinem. Quid ergo ſecundum *Conringium* eſt, phyſicam impietate magica infectam & inanibus commentis inquinatam eſſe, ſi hoc non eſt?

§. XXVII.

circuitus & ſtationes, & uniuscujusque vires circa ortus animalium, quae bona aut mala efficiant, cupide & impenſe adnotarunt, & ſaepe eventuros vitae caſus praedicentes hominibus vel pecoribus ingruituros praeſignificant. Terrae quoque tremores & diluvia ortusque cometarum & quorumque cognitio humanam excedere facultatem vulgo putatur, ex longi temporis obſervatione praeno-

§. XXVII. Itane vero cum *Aegyptiis* eorumque decantata ſapientia egit *Conringius*, ſicuti ſincerum & cordatum decebat Hiſtoricum? Vereor ſane, ne fides ejus admodum nobis ſuſpecta ſit futura, poſtquam non pauca in ſcenam produximus ſpecimina, in quibus ſincerus iſte candor ubique deſideratur. *Conringius* enim, ut auctoritatem *Ariſtotelis* & univerſae Philoſophiae Graecanicae eo ſublimius elevaret, nihil non molitus eſt, ut univerſam *Aegyptiorum* ſapientiam infringeret, & Philoſophiam inprimis naturalium vanitatis ſuperſtitioſae argueret, notamque (w) magiae daemo-

ſcunt. Accedit, aſtrologiam veterum, diuturnis quippe obſervationibus adquiſitam, plus forte veritatis complexam, quam hodiernam judiciariam, utpote vaniſſimam & infinitis mendaciis ſcatentem. Ut ſufficientes habuiſſe videatur rationes *Picus Mirandulanus*, qui Aſtrologorum vanitates graviſſime omnium perſtrinxit & ludibrio publico expoſuit.

(w) Antiquitus omnes totius orientis Sapientes, quorſum inprimis *Chaldaeos*, *Ara-*

daemoniacae turpiſſimam eidem inureret. Alius vero indolis eandem fuiſſe,

bes, Perſas & Aegyptios referimus, vocabantur *Magi*, licet nonnunquam a diverſis gentibus diverſa acciperent nomina. Ita enim *Cyrillus* Libr. IV. adverſus *Julianum p. 133.* refert: *Philoſophati ſunt*, inquit, *apud Aegyptios, qui Prophetae* (alias Sacerdotes vocavimus) *dicebantur. Quin etiam Aſſyriorum ſunt Chaldaei, Gallorum Druides & Bactrorum Perſicorum Samanaei & Celtarum non pauci, & apud Perſas MAGI & apud Jndos Gymnoſophiſtae.* Ergo *Magorum* nomine veniebant olim *Perſarum Philoſophi*, penes quos rerum tam divinarum quam humanarum reconditior erat doctrina, licet ſucceſſu temporis in abuſum verſum innocens vocabulum veneficii notionem induerit. Hinc vero ſequitur, Magiam antiquisſimis temporibus nihil fuiſſe aliud, quam ipſam Philoſophiam ſive arcaniorum rerum divinarum humanarumque ſcientiam. Atque ex horum numero fuerunt, qui *Bethlehemum* profecti ſunt, novum *Hebraeorum* regem adoraturi. Vid. *Cellarii diſput. de Magis Bethlehemum profectis ex oriente, duce ſtella.* Tales fuere, a quibus *Moyſes*

fuiſſe, ſufficienter, ni fallor, ipſi oſten-
ſum

Sapientiam ſuam hauſit in *Aegypto*. Tales etiam fuere, cum quibus arctisſimam habuit conjunctionem *Joſephus*, ducta in matrimonium *Potipharis*, *Sacerdotis Heliopolitani* filia, ſicut jam alibi obſervavimus. Quae cum ita ſint, non levis ſane proterviae fuerit, omnibus totius *Aegyptii ſacerdotibus* ſceleſtae magiae crimen imputare, etiamſi ultro concedat *Borrichius*, eam temporum iſtorum infelicitatem fuiſſe, ut non *Aegyptiorum* tantum aliqui, ſed & *Babylonii*, *Phoenices*, *Perſae* infami hoc crimine fuerint contaminati, ne ipſo quidem populo *Hebraeo* excepto. Interim operoſe demonſtrare contendit acerrimus ille *Aegyptiorum* inſectator *Conringius de Medic. Hermet. Libr. I. Cap. XIII.* omnem eorundem magiam non naturalem ſed Daemoniacam fuiſſe: Eo quod ipſimet in rebus naturalibus vim quandam ὑπερφυσικὴν agnoverint, & effectus magici ipſiſſimas naturae vires longisſime ſuperaverint: Ubi admodum difficile fuerit, in uno vel altero exemplo oſtendere, quousque ſe extendant vires Naturae. Quis enim certos eidem limites conſtituet, aut ſphaeram, ultra

ſum eſt ab (x) *Olao Borrichio.* Superſunt vero praeter ea, quae modo adlata ſunt, alia adhuc ſcientiae phyſicae *Aegyptiorum* haud obſcura teſtimonia. De quantitate Lunae ac terrae teſte (y) *Plutarcho* ſic judicant *Aegyptii :* Lunae ſcil. quantitatem ſeptuagies bis contineri in terrae quantitate. Eclipſes Lunae rectius explicuere quam *graeci* vel ullae aliae antiquarum notionum ; Dicunt enim

quam ejusdem energia non extendatur? Haec enim indefinite major, quam intellectus humanus unquam digne comprehendere valet. Hinc multi praeſtantiſſimi Philoſophi criminis magici ſuſpicionem incurrerunt, quod ultra vulgus ſapere & vires Naturae curioſius explorare in animum induxerint. Vid. *Gabrielis Naudaei Catalogum virorum magiae ſuſpectorum.* Quod vero objectionem de *Magis Pharaonis* eorumque praeſtigiis attinet, quarum in Sacris hiſtoriis mentio facta eſt, ad eam ſatis reſponſum eſt ab Illuſtri *Thomaſio in Diſp. de Crimine Magiae.*

(x) De Hermetica Aegyptiorum & Chemicorum ſapientia Cap VIII.

(y) Libro de facie in Orbe Lunae.

enim contingere defectum talem, cum in terrae umbram incidit Luna. Materiam esse principium omnium rerum, & ex ea deinceps quatuor Elementa esse discreta. Mundum uti genitum; sic & corruptioni obnoxium esse, & ad sphaerae similitudinem rotundum. (z) Stellas esse ignem, quarum temperata commistione cuncta in terra nascantur. (a) Immortalitatem animae primi o-

H mnium

(z) Vid. Diog. Laert. de Vitis philosophorum Prooem. Segment. 10. & 11.

(a) Immortalitatem animae agnovisse *Aegyptios* concedit quidem *Conringius*, clarissimo *Herodoti in Euterpe*, Ψυχὴν ἀνθρώπου εἶναι ἀθάνατον, testimonio convictus: Sed tamen propterea magnopere laudandos non esse, quod idem aliae quoque gentes, paucis exceptis, non videantur ignorasse: Cui tamen merito opponit *Borrichius*, unam istam scientiam omnibus *Stagiritae* monimentis longe esse praeclariorem, & plura in istis suis sacrorum tenebris vidisse *Aegyptios*, quam *Aristoteles* toto ingenii sui molimine adsequi unquam potuerit. Quae vero de metempsychosi addit *Conringius*, ea tanquam insufficienter

mnium paganorum adſtruxere, ex quorum deinde fontibus ſuam de animae immortalitate doctrinam hauſere *Pythagoras*, *Democritus*, *Plato* aliique, qui peregrinationibus eum in finem in *Aegyptum* inſtitutis ex illorum fontibus genuinos hujus ſapientiae rivulos biberunt. In (b) reformandis lapidibus imitandisque per artificium gemmis naturalibus miracula praeſtiterunt *Aegyptii*, ſicque praeclara ſcientiae ſuae phyſicae & quidem non *ſpeculativae* tantum, qui perverſus modernorum phyſicorum mos eſt, ſed & *practicae*, exhibuere ſpecimina. Natu-

demonſtrata mittimus. Praeclarius enim de animae ſtatu poſt mortem ſenſiſſe *Aegyptios*, multis aliorum teſtimoniis clarum fecit *Borrichius*.

(b) Hoc artificium reformandi gemmas imitandique per artem naturales, cognitum fuiſſe *Aegyptiis*, prolixe probat *Borrichius de Hermet. Aegyptior. ſapientia, Cap. III. §. XXII.* eumque in finem producit in ſcenam tabulas *Hermetis* Smaragdinas, quibus arcanioris Chemiae leges inſcripſiſſe dicitur, & *Serapin* Coloſſeum e Smaragdo novem cubitorum

Naturam quoque animalium ipsis non fuisse incognitam, docet egregium artificium cicurandi bestias etiam ferocissimas, ut non solum pacifice inter se viverent, sed & ipsis hominibus mansvescerent. Taceo (c) *calices alassontes*, ipso auro pretiosiores, quos rarissimi fuisse artificii lubens agnoscit *Salmasius*.

§. XXVIII. In *physiologia* quoque & *pathologia medica* pro indole temporum, in quibus vivebant, fuisse laudabiles *Aegyptiorum* conatus, vel ex eo solo consta-

 re

quales ingentes Smaragdos naturam unquam produxisse, nulla fide historica constet.

(c) Calices *Alassontes* erant pocula vitrea diversis metallorum calcibus tincta, atque inter *Aegyptios* magno olim pretio habebantur, & a Sacerdotibus secretiori artificio parabantur, quod hodie inter res deperditas refert *Borrichius de hermet. aegypt. sap.* §. *XX.* Neque enim *Antonium Neri* in eximio scripto *de arte Vitraria* ad istam veterum perfectionem pervenisse, etiamsi non vulgaria ipsum praestitisse, non sit diffitendum.

re poteſt, quod ſecundum (d) *Plinii* teſtimonium ipſi quoque Reges mortuorum corpora ad ſcrutandos morbos ſecuerint ; Ubi in proclivi eſt cogitare, ipſos frequenti hoc exercitio non ſolum adcuratam partium humani corporis hiſtoriam haud dubie ſibi adquiſiviſſe, atque adeo in *Anatomia*, praecipue vero *Oſſiologia*, (e) teſte *Galeno*, digne profeciſſe, ſed & indolem morborum, quibus homines denati erant, adcuratius inveſtigaſſe, ſicque in *phyſiologia* aeque ac *pathologia* non vulgares feciſſe progreſſus. Caeterum ex quatuor elementis omnia animantium corpora & ipſa quoque humana conflata eſſe, *Aegyptiis* viſum eſt, ſicuti

(d) Hiſt. natural. Libr. XIX. Cap. V.

(e) *De adminiculis Anatomiae Libr. I. Hoc autem ſit opus tuum*, inquit, *hoc ſtudium, ut non librorum modo lectura, verum ſedula etiam inſpectione fideque oculata cujusque Oſſis humani ſpeciem accurate perdiſcas. Quod quidem Alexandriae multo facilius facies, ubi medici Oſſium diſciplinam auditoribus ante oculos exponunt.* Pertinet huc conſvetudo de ſceleto menſis illato, ſecundum quam teſte *Plutarcho Sept. Sap.*

ſicuti ſuperius jam ex (f) *Diogene Laërtio* adnotavimus. Maſculum in opere generationis habere ſe active, foemellam vero mere paſſive, *Aegyptiorum* dogma eſt, ſicuti quoque tota doctrina de annis climactericis iisdem in acceptis referenda. Frequentiſſimam morborum cauſam in cibis, vel potius ciborum abundantia reſidere, ad mentem recentiſſimorum medicorum adſeruerunt, quia nihil certius, quam edendi ac bibendi intemperantiam plerosque morbos gignere. Unde aucta ſucceſſivis temporibus hominum luxuria, plures etiam morbi eosdem adfligere coeperunt. Et hinc medicinae ſolertius inquirendae (g) nova ſeſe cauſa offert.

 Quae

convivio p.148. ſolebant *Aegyptii* ſceleton menſae convivantium inferre eosdemque hortari, ut meminerint, ſe non ita multo poſt tales fore.

(f) Prooem. Segment. 10. *Φάσκειν τε ἀρχὴν μὲν εἶναι τὴν ὕλην, εἶτα τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐξ αὐτῆς διακριθῆναι, καὶ ζῶά τίνα ἀποτελεσθῆναι.*

(g) Nova hic ſeſe offert medicinae inveniendae cauſa, ſc. luxuria & vitia volu-

Quae vero de nervulo quodam a corde in digitum finiſtrae manus, illum ſcil. qui proximus eſt minimo, pergente, nugantur *Aegyptii*, ipſis tanquam primis Medicinae inventoribus in prima iſta artis infantia condonanda ſunt. Similiter etiam, quae de diviſione corporis humani in triginta ſex partes comminiſcuntur, dummodo vere *Aegyptiaca* ſint, quod praetendit *Conringius*, ob dictam rationem veniam merentur.

§. XXIX.

ptuoſa; Unde etiam homines poſt diluvium non amplius antediluvianorum adſequebantur aetatem: Egregie hac de re loquitur *Hieronymus Mercurialis Lib. I. Cap. I. de arte gymnaſtica*: *Quamdiu*, inquit, *homines pauciſſimis rebus contenti lautas menſas & epipara convivia non cognoverunt, propinationisq; poſt inductam paulatim conſvetudinem penitus ignorarunt* (id quod primis illis ſeculis extitiſſe memoriae proditum eſt) *morbi neq; apparuerunt, neq; etiam eorum nomina innotuerunt, ſicuti usq; ad tempora Socratis deſtillationum, quas Graeci κατάῤῥες dicunt, nomen, quo nihil hodie frequentius eſt, ignoratum eſſe tradidit Plato.* Poſtquam vero intemperantiae nefanda

§. XXIX. Quod ὕλην ἰατρικὴν *Aegyptiorum* attinet, nullum est dubium, quin eidem sedulam quoque operam navaverint, cum non solum *Aegyptus* (h) variarum plantarum & ad medicum & domesticum usum aptarum feracissima sit, quarum brevem catalogum exhibuit (i) *Borrichius* & pleniore descriptione prosecutus est (k) *Prosper Alpinus*,

 qua-

lues, coquorum exquisitae artes, delicatissima epularum condimenta, vinorumque peregrinae temperaturae inter homines irrepsere, morborum simul varia continuo genera succrescentia ad inveniendam medicinam eos coëgerunt: Qua semper carere profecto licuisset, nisi humana vel potius ferina ingluvies, omnium vitiorum soboles, ejus usum omnium maxime necessarium effecisset.

(h) Ita enim *Homerus Odyss.* Δ canit:
Αἰγυπτίη, τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα,
πολλὰ δὲ λυγρά

I. e. *Fertilis Aegyptus rerum medicamina mista,*
Optima multa, sed & deterrima plurima
profert.

(i) De Hermet. Aegyptior. Sap. Cap. IV.

(k) De Plantis *Aegypti.*

quarumque non exigua pars hodieque in pharmacopoliis nostratibus adservatur: Sed & varia animalia eorumque partes in usum medicum traxerint. Taceo ipsam quoque terram Aegyptiam, viribus medicamentosis foetam, solertia medicorum deprehensam esse, neque alia ad materiam medicam necessaria, atque ex regno minerali petenda, ipsis defuisse, uti sunt sal ammoniacum, nitrum, alumen, magnes, corallia, succinum lapidumque pretiosorum fragmenta. Videat itaque *Conringius*, qui quaevis *Aegyptiaca* acerbius insectatur, quomodo temeritatem suam excuset, *Aegyptiis* praeter meritum imputando, quasi pleraeque plantae, quibus usi fuere, neutiquam naturali quadam virtute, sed plane supernaturali & ordinarias Naturae vires longissime superante, fuerint operatae: Illud enim *Homeri* (l) Nepenthes vires

(l) Mirabiles quidem sunt, quas de *Helenae* Nepenthe praedicat, virtutes *Homerus*: Esse enim absque dolore & ira, omnium suorum malorum oblivisci, nullas profundere lacrymas, etiamsi oculis quis

res suas a NATURA non habuisse;
H 5 (m)

spectet, matrem patremque fratrem, carissimumque filium ferro trucidari, id quidem non immerito in admirationem imo stuporem conjicit, causam naturalem ignorantes: Omnes autem naturae vires ejusmodi stupendos effectus penitus superare, quin magicos esse & supernaturales, quis praeter *Conringium* affirmabit? Oportet enim omnis adparatus materiae medicae valde imperitum esse, qui nesciat, succum papaveris turcici, unde opium paratur, quoque ante praelium utuntur Turcae, feroces eosdem reddere, ut malorum omnium ac periculorum sive praesentium sive futurorum ignari coeco impetu ruant in hostem. Quid de *Datura*, quam *Veslingius* utique plantam *Aegyptiacam* esse agnoscit *Observationibus in Prosperum Alpinum*, dicam, cujus usus, uti multis forte recenti adhuc haerebit memoria, in vicina quadam Aula in Magnatum oblectationem miras pepererat praestigias, aeque forte mirabiles, ac illud *Homeri* Nepenthes. Audiamus unicum saltem *Hug. Linscotani* C. LXI. testimonium de *Daturae* viribus, & illud *Homericum Nepenthes* nulla alia quam

(m) Moly quoque Homericum facultate penitus supernaturali egisse; Cuncta superſti-

naturali virtute operatum fuiſſe, facile agnoſcemus. *Herbae hujus*, inquit Linſcotus, *Luſitanorum ac Indorum mulieribus frequens eſt, quam maritis ignaris propinant, ut ſecure adultero copiam nefandae libidinis faciant. Ita marito praeſente ac apertis ſpectante oculis, verum fatuo riſu in mentis alienationem conjecto, communi proverbio horrenda illa cornua inſtruunt, quibus conjugem proſtituto geniali thoro infamant.* Et cap. XXXI. idem *Linſcotanus* ita pergit: *Ex ſemine Datroae* (Daturae) *herbae ſuccum educunt foeminae, quem deinde potui miſcent maritisque propinant. Illi veluti emotae mentis homines in riſum ſolvuntur ſine apprehenſione ullius rei, aut ſomno occupantur velut animae experte. Tum parata ſecuritate libidinis, praeſente marito, eoq; tamen non recognoſcente, conjugem amator dedolat. Durat aliquando potionis hujus vis per viginti quatuor horas. Ablutis autem frigida pedibus, priſci ſenſus redeunt, nulla tamen actarum rerum tempore illo potionis memoria.* Quid ergo *Helenae* illud Nepenthes habuit mirabile, quod non pariter in *Opio* vel *datura* deprehenda-

perſtitione foedata fuiſſe, unde quaeſo demonſtrabit? Non enim ſtatim omnia, quorum rationes non intelliguntur, ſuperſtitionem aut magiam redolent.

§. XXX.

tur? Haec vero ſi effectus ſuos, utut admiratione dignos, exhibeant virtute naturali, quidni etiam *Nepenthes Homericum*?

(m) Deſcriptionem hujus herbae reliquit nobis *Plinius Hiſt. Nat. Lib. XXV. C. IV.* hiſce verbis: *Laudatiſſima eſt herbarum Homero, quam vocari a Diis putat Moly, & inventionem ejus Mercurio adſignat, contraque ſumma veneficia demonſtrat.* Et *Cap. X. Contra haec omnia magicasque artes erit primum illud Homericum Moly.* Hoc enim *Ulyſſem Mercurius* munivit adverſus *Circes* effaſcinationes. Quae vero hic iterum conſequentia, quam nectit *Conringius*? *Moly Homericum* laudatisſimam habuit virtutem contra veneficia magica: E. ipſum non alia quam magica facultate polluit. Vereor, ne hanc conſequentiam rideant Logici noſtri: Nondum enim in hunc usque diem foeda illa ſuperſtitio ex animis vulgi, imo plurimorum medicorum potuit eradicari, multas herbas vi quadam pollere adverſus incantationes magicas, quarum tamen operandi ratio quin ſit ma-

§. XXX. Ad medendi rationem *Aegyptiorum* devoluti nihil deprehendimus, in quo eorundem industriam desiderare jure queamus. Docebant *Aegyptii*, plerosque morbos ex mala victus ratione frequentissime oriri; Hinc usum (n)*clysmatum*, quorum testibus (o) *Diodoro*

---

xime naturalis, nemo hodie dubitat. Vide *Wedelii Opiologiam*.

(n) Usus clysterum tanquam antiquissimi ac tutissimi remedii jam laudatur tempore *Plutarchi de fortuna p. 134.* hunc in modum: *Medicati vomitus corpori certo noxam perniciemque adferunt: Ubi autem adstricta fuerit alvus, nullum ad eam laxandam medicamentum ita valet, uti cibi nonnulli, qui & molliter eam irritant & solvunt placide, quorum & peritia familiaris & doloris vacuus est, quibus si non moveatur, adhibendus potius est clyster, quam medicamenta conturbantia, ac corrumpentia, quae nonnulli arripiunt.*

(o) Libr. 1. Cap. 82. ubi sic loquitur: *Morbos ut antevertant* (Aegyptii) *clysteriis & potabilibus quibusdam purgamentis, jejuniisque & vomitu corpora medicantur, idq; vel in singulos dies repetunt, vel triduum aut quatriduum interponunt.* Circa quae ul-

doro atque (p) *Herodoto* citra dubium primi inventores sunt, summopere commendarunt. Cumque non omnes aequa promptitudine per inferiora purgari observarent, subinde Vomitoriis quoque malo succurrere tentabant. Emplastris quoque & cauteriis feliciter utebantur *Aegyptii.* Neque dubium est, veteres *Aegyptios* multum quoq; detulisse missionibus

tima *Diodori* verba merito observat *Borrichius Libr. de Hermet. Aegypt. Sap. Cap. VII. §. III.* eam non esse *Diodori* mentem, quasi *Aegyptii* vel quotidie vel tertio quoque die toto anno vel vomuerint vel clysmatis usi fuerint: Quis enim sanae mentis homo de populo laboriosissimo, qui nequidem inter aegrotandum otiosus erat, sibi persvaderet, eum cacando vel vomendo totum vitae suae tempus consumturum fuisse? Sed tantum, quotiescunque spontaneae lassitudines aut vitia diaetae instare praenunciabant. Id enim & ratio dictitat, & verba *Diodori* legitime explicata innuunt. Nemo autem Sapiens vel quotidie vel tertio quolibet die illud potest vel vult antevertere, quod legitime timere non potest, nisi post

nibus sangvinis per venas, arterias, cucurbitulas, imo & variarum partium specialium v. g. aurium scarificationibus: Imo nec hospites fuisse in Chirurgia variisque operationibus manualibus adornandis, docent *inustiones* Aegyptiis frequentissimae, variis in partibus institui solitae; De quibus omnibus evolvere licebit *Prosperum Alpinum* de Medicina *Aegyptiorum*. Quis enim haec aliter quam antiquissimorum *Aegyptiorum* monimenta consideraverit? Utut *Alpinus* recentior fuerit scriptor.

§. XXXI.

luculentum errorem. Aliunde enim, ex *Herodoto* sc. constat, singulis tantum mensibus triduo sese purgasse vomendo atque intestina diluendo, sanitatis conservandae gratia; Existimantes quippe, omnes languores hominibus creari ex cibis, quibus aluntur, non tam qualitate quam quantitate peccantibus. In hac enim *Aegyptiorum* consvetudine nullam fuisse absurditatem, ipsa *Hippocratis* nostri praxi patet, qui *libro de insomniis* jubet, *pleniori victu usos bis quovis mense vomere*. Eandem clysterum originem agnoscit quoque *Plinius* *Hist. Nat. Libr. VIII. Cap. XXVII.* Si-

§. XXXI. Ipsam vero *praxin medicam* magna non solum dexteritate sed & successibus haud infelicibus exercuerunt *Aegyptii*. Quidni enim singularem in medendo peritiam atque dexteritatem acquisivissent *Aegyptiorum* medici, quorum humeris non universum artis exercitium incumbebat, sicuti nostris moribus solemne est, sed (q) *singulorum*

mile quiddam, inquit, *& volucris in eadem Aegypto monstravit, quae vocatur* Ibis; *Rostri aduncitate per eam partem se perluens, qua reddi ciborum onera maxime salubre est.* His adstipulatur *Plutarch. de solertia animal. p. 974. Sed & Ibis*, inquit, *prolutionem alvi per intestinorum ultimam extremitatem ingesta marina aqua se purgantis, animadvertisse & imitati dicuntur Aegyptii: Et sacerdotes, cum se conspergendo lustrant, aqua ad hoc utuntur, e qua Ibis biberit, quod infectam aut insalubrem nullam haec aquam tangat avis.*

(p) Libr. II. Historiar. ubi narrat, *Aegyptios* singulis mensibus tantum triduo sese purgasse vomendo & intestina diluendo.

(q) Hanc medicinae olim in *Aegypto* conditionem fuisse, discimus ex *Herodoto*:

rum morborum singuli constituti erant medi ci: Quantum enim modernorum πολυπραγμοσύνη valeat in retardandis artium incrementis, tristis quotidie loquitur experientia. Ex *Laërtio* novimus (r) *Euripidem* (non (s) *Platonem*) a sacer-

Ille enim in *Euterpe* de moribus & instititutis *Aegyptiorum* verba faciens ita inquit: ἡδὲ ἰατρικὴ κατὰ τάδε σφὶ δέδασται. Μιῆς νέσε ἕκαςος ἰητρὸς ἐςι, καὶ ἐ πγεόνων, πάντα δὲ ἰητρῶν ἐςι πλέα. Οἵ μὲν γὰρ ὀφθαλμῶν ἰητροὶ κατεςτέασι, οἵ δὲ κεφαλῆς, οἵ δὲ ὀδόντων, οἵ δὲ τῶν κατὰ νηδυὴ, οἵ δὲ τῶν ἀφανέων νέσων. Jam vero apud *Aegyptios* medicina hunc in modum distributa est, ut singulorum morborum singuli sint medici, non plurium. Itaque omnia referta sunt medicis. Alii enim sunt oculorum, alii capitis, alii dentium, alii partium alvi, nonnulli morborum occultorum. Haec etiam vox est *Euripidis apud Diogenem Laërtium Libr. III. Segm. 7.* dicentis: *Aegyptios omnes medicos esse.*

(r) Admodum operosus hic est *Conringius*, ut demonstret, non solummodo universam *Aegyptiorum* medicinam magica

Sacerdotibus *sola aqua marina* suam recuperasse

I

foeditate infectam, sed & ipsam *Euripidis* sanationem per aquam marinam ejusdem fuisse indolis. Si enim, quod communiter dicunt, verum est, *Euripidem* tunc temporis laborasse *hydrophobia*, ex morsu canis rabidi inducta, nihil certe aut sanae rationi aut crebe rimis Practicorum observationibus convenientius est, quam curatio ejusdem per subitaneam praecipitationem in aquam sive dulcem sive marinam. Haec enim praxis inter Medicos etiam modernos frequentissime & optimo quidem cum successu administratur. Ita enim *Forestus Schol. ad Obs. 28. L. 10. Nostri*, inquit, *demorsos a cane rabido ad oceanum mittunt, ut ibidem aquae marinae immergantur, idque in principio vulnere inflicto, antequam in hydrophobiam incidant.* Quid ergo? An *Forestus*, qui pro eodem morbo idem commendavit remedium, propterea medicinam professus est magicam? Vel an praxis infinitorum medicorum magiae suspecta est, quod aquam marinam hydrophobicis salutarem esse sustineant? Vix crediderim: Interim novum non esse hoc remedii genus, discere possumus ex *Celso*, qui

peraſſe ſanitatem. *Cyrum*, famoſum
Perſarum Regem ab Archiatris ſuis de-
relictum

Lib. V. Cap. XXVII. ita infit: *Sed unicum
tamen ὑδροφοβίας remedium eſt, nec opi
nantem aegrum in piſcinam non ante e
proviſam projicere, & ſi natandi ſcientiam
non habet, modo merſum bibere pati, mod
attollere, ſi habet, interdum deprimere, u
invitus quoque aqua ſatietur; Sic enim ſi
mul & ſitis & aquae metus tollitur.* Quid
Quod eadem conſvetudo non in Belgio
ſolum foederato, ſed & in Galliis adhu
vigeat? In Noſocomio publico Lugdu
ni in Galliis locus editior monſtratur
ex quo furioſi quotidie ſerena aeſtat
praecipitantur, mox autem fune redu
cti ad idem poſtridie compelluntu
balneum, donec depoſito furore ad ſa
nitatem mentis priſtinam rediiſſe ſi
gnis oſtenderint. Unde aquam flu
viorum dulcem eadem, qua marinam
ſalſam in hoc morborum genere v
pollere, patet. Neque plus lucrabitu
Conringius, etiamſi, quae aliorum ſuſpi
cio eſt, *Euripidem* tunc temporis ſcabi
pertinaci laboraſſe haud inviti conce
damus: Aqua enim marina egregi
quoque vi pollet cutem ſcabie defoeda
tam detergendi & ab immunditie ſu

relictum, ab *Amasi Aegyptio* medicum requisivisse ocularium eundemque obtinuisse, (t) *Herodotus* testis est. Hac pro-

liberandi; Cujus rei egregium occurrit exemplum in *Näemano*, Militiae Praefecto in *Syria*, Regi suo quidem percaro, sed simul elephantiasi laborante, qui jussu *Elisaei* septies corpore suo loto in aqua *Jordani* pristinam suam sanitatem recuperavit: Ubi nulla nos cogit necessitas, curationem aliquam supernaturalem, vires naturae ordinarias transcendentem fingendi, aut miracula supponendi, ubi nulla sunt.

(s) Error iste *Conringii*, non *Euripidi*, sed *Platoni* sanationem a *Sacerdotibus Aegyptiis* per aquam marinam administratam fuisse, non aliunde natus esse videtur, quam ex textu graeco *Diogenis Laërtii* leviter inspecto: Ita enim verba Libr. III. Segment. 7. in vita *Platonis* habent: Ἔνθεν τε εἰς Αἴγυπτον παρὰ τοὺς προφήτας. Οὗ φασι καὶ Εὐριπίδην αὐτῷ συνακολουθῆσαι, καὶ αὐτόθι νοσήσαντα πρὸς τῶν ἱερέων ἀπολυθῆναι τῇ διὰ θαλάττης θεραπείᾳ. Ὅθεν καὶ εἰπεῖν:

inde Aegyptiaci nominis fama allecti plurimi celeberrimi Philofophi regionem petiere, ut facris artis medicae initiarentur. *Pythagoras* philofophia non minus quam medicina & botanica clarus, (u) ex columnis *Hermetis* in *Aegypto* multa didicit. Ipfe *Galenus* medicorum

Θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά.

I. e, *Ab his fe in Aegyptum (*Plato*) ad Prophetas (*Sacerdotes*) recepit, quo & Euripidem una ajunt fecum profectum effe: Atque ibi morbo comprehenfum a Sacerdotibus marina curatione fuiffe reftitutum: Qua ex re poftea dixerit:*

Mare univerfa proluit hominum mala.

Euripidis enim, non *Platonis*, eft dictum illud, quod in *Jphigenia Taurica* exftat: Unde etiam, quae *Aldobrandini* obfervatio eft, *Cicero* in Oratione pro *Sex. Rofcio Amerino* ad hanc *Euripidis* fententiam refpexiffe videtur, cum dixit: *Non fic nudos in flumen dejicere, ne, cum delati effent in mare, ipfum polluerent, quo caetera, quae violata funt, expiari putantur.*

(u) De columnis *Mercurii* partim fuperius aliquid diximus, partim inferius plura

rum princeps, ſatis diu in *Aegypto* commoratus eſt, atque hinc omnes medicinae tyrones hortatur, ut ſtudii hujus addiſcendi cauſa *Alexandriam* ſeſe conferant. Ad commendationem enim publicam tunc temporis ſatis erat, ſi quis *Alexandriae* medicinae operam ſe navaſſe profiteretur. *Eudoxus* eandem ob rationem in *Aegyptum* profectus, & per integros XIII. annos cum Sacerdotibus familiariter vixit, ſicuti (w) *Strabonis* fide notum eſt.

§. XXXII. Denique peritiam *Aegyptiorum* medicam comprobat quoque egregium & hodieque vix a (x) quoquam imitabile artificium parandi *mumias*,

dicemus. *Pythagoram* autem ex iisdem hauſiſſe ſcientiam ſuam medicam atque Botanicam, apud *Jamblichum de myſter. Aegyptior.* videre eſt, ubi expreſſis verbis teſtatur: *Pythagoram* philoſophiam ſuam didiciſſe in *Aegypto* ex columnis *Mercurii.*

(w) Hiſtoriar. Libr. XVII.

(x) Laudabilem quidem operam in Balſamatione corporum perficienda & ad

mias, i.e. per balſamationem ſiccam it
conſervandi corpora ſeu cadevera de
mortuorum, ut ab omni corruption
libera quam diutiſſime conſerventur
quam balſamandi methodum prolix
deſcribit (y) *Herodotus*; Etſi eruditi no
paucas excerpant circumſtantias, qua
legibus Anatômicis non reſpondent, a
proinde fidem *Herodoti* ſuſpectam hoc i
paſſu reddunt. Meris quoque conjectu
ris nituntur, quae *Nehemias Grevv* circ
modum conditurae *Aegyptiorum* refer
Ratio

veterum ἀκμὴν evehenda praeſtiterun
*Gabriel Clauderus in methodo balſaman
corpora* & quidem ſine eviſceratio
hucusque ſolita: Item *Ludovicus de Bi*
alias Bilſius dictus, qui tamen methodu
ſuam tanquam arcaniorem ſtudioſiſſir
occultavit; *Nicolaus* item *Steno* & *Fr
dericus Ruyſchius*, qui ultimus parit
ſecretiorem iſtam artem & ſibi & fil
ſuo ſervat, uti ipſemet ſaepiſſime or
tenus mihi profeſſus eſt. An vero cu
cta iſta artificia ad Aegyptiorum perf
ctionem adſpirent, alii judicent; Q
de re plenius ſuo loco.

(y) In Euterpe.

Rationes vero, quare cadaveribus condiendis & a corruptione imminente praeservandis tam sedulam impenderint operam *Aegyptii*, optime exposuit (z) *Kettnerus*; Quarum non infima est, occultus ille animarum per μετεμψύχωσιν in corpora regressus; Quamvis superius jam evictum sit, *Aegyptios* non solummodo primos animarum immortalitatem agnovisse, sed etiam de statu earundem post mortem longe praeclarissime sensisse. Minus adhuc audiendi, qui in spem futurae resurrectionis hancce corporum condituram factam esse arbitrantur, utpote de cujus certitudine *Aegyptii* solo rationis lumine non satis fuere convicti. Nec propius scopum feriunt, quod eorundem sapientes, principiis *philosophiae Stoicae* inhaerentes, crediderint, tamdiu ab alterius corporis ministerio liberam fore animam, quamdiu corpus pristinum perduraret. Haec enim omnia obscura tantummodo de *metempsychosi* veterum hypothesi nitun-

(z) Schediasmate Historico de *Mumiis Aegyptiacis*.

nituntur, quam tamen ferio nunquam admisisse *Aegyptios*, jam antea observatum est.

§. XXXIII. Atque haec primaria veluti specimina sunt, in quibus universa *Aegyptiorum* medicina consistit. Videamus nunc paucis primos illos statores ac veluti antesignanos, quorum inprimis industria atque solertia, salutaris medendi scientia haec cepit initia & qualiacunque incrementa. In quo proinde theatro omnium primi adparent *Hermes* sive *Mercurius*, quem nonnulli (a) eundem esse dicunt cum *Chanäano*, filio *Chami*; deinde *Bacchus*, *Assyriorum*, *Jndiarum* ac *Lybiae* Rex, qui an (b) idem fuerit cum *Noacho*, disputent alii. Porro *Hammon*, quem (c) vulgo credunt esse *Chamum*, *Noachi* filium; Ac *Zoroaster*, *Bactrianorum* Rex, quem vel ideo inter

(a) Est haec conjectura *Borrichii de ortu & progressu chemiae.*

(b) Hanc forte ob rationem, quod *Noachi* tempore usus vinorum innotuit, quem antea mortales ignoraverant.

(c) Judice *Vossio Libr. de Idololatria.*

inter Medicos referre non dubitant, quod artes magicas, quibus cum antiquorum medicina arctissima erat communio, invenisse perhibeatur. Omnes vero ac singulos ob singularem, qua pollebant, medendi peritiam, (d) in Deorum numerum referre grata antiquitas non erubuit.

(d) Recte *Cellarius* Prooemio, Antiquitatibus & Originibus Medicis praefixo, ita loquitur: *Omnis consecratio utilitatibus & beneficiis debetur, a magnis viris in turbam hominum profectis, sine quo commodo non facile reperitur ullus divinitatem hominum opinione, aut superstitione potius post fata consecutus.* Proinde mirandum quoque non est, *Aegyptios* Reges suos DEOrum loco habuisse; Ita enim apud *Diodorum Siculum Libr. 1.* legimus, *Aegyptii Reges suos non secus ac DEOS venerantur & colunt: Nam & eos non sine DEI providentia summo imperio potiri existimant:* Et qui maxima beneficia hominibus conferre volunt ac possunt, eos divinae naturae participes arbitrantur: Unde & apud *Ammianum Marcellinum Libr. XXVIII. Cap. VI.* legimus, quod iidem quoque

§. XXXIV. Ast de singulis di-
spiciamus adcuratius, de *Hermete*, co-
gnomine (e) *Trismegisto* dicendi initium
facturi. Quam venerabile antiquitus
fueri

omnes casus adversos regibus suis ad-
signare ac vitio vertere consveverint.
Non aliam ob rationem, quam quod
eos DEOrum loco haberent, qui pro-
inde cuncta mala ab ipsis avertere &
possent & deberent. His adstipulatur
Minucius Felix in *Octavio* sequentibus
verbis: *Aegyptii sane hominem, quem
colant, eligunt, illum unum propitiant;
Illum de omnibus consulunt, illi victimas
caedunt; Et ille, qui caeteris DEUS, sibi
certe homo est.*

(e) Quare *Hermes* plerumque *Trismegistus* vo-
cetur, non omnium eadem est sententia.
Lactantius a multarum artium atq; sci-
entiarum inventione nomen ipsi tribu-
tum esse existimat: Ita enim *Lib. 1. divin.
instit. C.VI.* inquit: *Hermes tametsi homo,
fuit tamen antiquissimus & instructissimus
in omni doctrinae genere; Adeo ut ei multa-
rum rerum & artium scientia* TRISME-
GISTI *cognomen imponeret.* Alii putant,
Trismegistum vocatum fuisse *Hermetem*,
quod triplicem processum chymicum
invenerit; Sed hi inepti sunt: Multo

fuerit *Hermetis* nomen, vel exinde patet, quod unanimi fere antiquissimorum populorum, *Aegyptiorum*, *Phoenicum*, *Graecorum* atque *Romanorum* consensu in numerum DEOrum fuerit relatus. Hinc idem est *Hermes*, quem *Phoenices Taautum*, *Aegyptii Thout*, *Thoth* vel *Theut*, *Graeci Hermetem* & *Latini Mercurium* vocarunt. Quare miserrime vapulat *Conringius*, dum comminiscitur, (f) *nullum unquam*

enim probabilius est, a multarum rerum & artium scientia id nominis ipsum adquisivisse. An vero idem sit *Hermes* cum *Hanochо*, quod *Samuel Bocbartus in Phaleg L. 1.* Cap 2. credere videtur, id quidem laboriosius probare, extra sphaeram nostram est. Videat interim, quomodo in gratiam redeat cum *Birrichio*, qui eundem fuisse *Hermetem* credidit cum *Chanäano*, uti paulo ante retulimus: Imo ex *Euseb. Praep. Evang. L 9.* addiscimus, *Artapanum* ipsi *Moysi* nomen *Hermetis* tribuisse, vel unum eundemque cum *Hermete* fuisse, quod suo auctori relinquimus.

(f) Misere hic cum umbra sua luctatur *Conringius*; Si enim nullus unquam *Hermes* extitit, sua sponte cessabunt

quam Hermetem fuisse, sed totum *Trismegisti* nomen fabulosum & mysticum, sicuti pleraque *Aegyptiorum*, extitisse, quo non denoretur certus aliquis homo, qui revera inter mortales vixerit, & peculiari subsidio Spiritus cujusdam familiaris seu Daemonis ad illum scientiae & sapientiae gradum adspiraverit, sed mystice tantum divinam quandam vim hoc nomine significari. Imo licet concederetur, talem forte inter *Aegyptios Hermetem* olim floruisse, eundem tamen Magum turpissimum fuisse; Nec *Aegyptios*

crimina Magiae ipsi intentata. Si vero Magus fuit, debuit certe existere: Quia non entis nullae sunt adfectiones. Fuisse autem *Hermetem* non hominem tantum, sed & insuper beneficum, optimarumque scientiarum & artium, in vita communi & utilium & necessariarum, inventorem, miror, quomodo latuerit *Conringium*, virum in historia literaria & veterum omnium lectione versatissimum. Ita enim *Clemens Alexandrinus*, qui ipsemet *Aegyptius* fuit ac proinde eo majorem meretur fidem, *Strom. L. 1. Quin etiam ex iis, qui ali-*

ptios veteres, aut *Phoenices*, aut *Graecos*, aut *Romanos Hermeti* ullam artis medicae aut chymicae inventionem tribuisse, imo nec scriptores *Aegyptios* recentioris aevi; Et licet id forte a nonnullis factum fuisset, inconstanter tamen & contra narrationes majorum id actum esse. Contra *Borrichius*, perspecta argumentorum Conringianorum futili-

quando fuere homines in Aegypto, opinione autem hominum Dii, fuerunt Hermes Thebanus & Aesculapius Memphitanus &c. Nec inferiori loco habendum est testimonium *Diodori Siculi Libr. I.* quod ita sese habet: *Apud Osiridem in maximo ante omnes honore fuit Mercurius* (Hermes) *eximia ingenii perspicacitate in excogitandis iis, quae vitae communi utilia essent. Hic enim primus, ut ferunt, & communem loquelam articulate distinxit, & multis rebus nomine destitutis, nomen indidit. Inventor fuit literarum, quae ad DEOrum cultus & sacrificia pertinent, ordinavit. Astrorum ordinem, vocum harmoniam & naturam primus observavit. Palaestrae insuper inventor, numerosae concinnitatis & corporis decore effingendi studiosus artifex. Lyrae a se inventae tres chordas induxit. Graecis*

futilitate antiquissimam *Aegyptiorum* gentem, tanquam omnis Graecae Latinaeque sapientiae magistram, haud immerito sistit, ac praecipue *Hermetem*, tanquam optimarum artium, Arithmetices, Geometriae, Astronomiae, Astrologiae, Grammatices, Musices &c. inventorem depraedicat, qui & Aegyptiis leges tulerit, eosdemque a moribus feris ad humanitatem reduxerit, quique naturam animalium, metallorum &c. magno studio scrutatus fuerit, atque adeo immensis beneficiis totam *Aegyptiorum* gentem mactaverit; Proindeque non citra turpissimam ingrati animi notam virum optimum atque beneficum laceratum tantisque injuriis oneratum esse a *Conringio* concludit.

§. XXXV.

elocutionis magister fuit, unde Hermes nominatus est ipsis. Osiridis denique Sacrorum notarius fuit (ἱερογραμματεὺς) *cum quo is omnia communicabat, & cujus maxime utebatur consilio. Ipse*, non Minerva, ut Graeci contendunt, *oleae plantam invenit.* Et postea: *Osiris ad tritici hordeique sementem genus humanum edo-*

§. XXXV. Quicquid vero horum sit, propositum nostrum hac vice non patitur, in haec omnia latius diffundi, utpote quibus demonstrandi animus est, *Hermetem Aegyptium* fuisse Medicum insignem inque ipsa Chemia haud leviter subactum. Si (g) *Clementi Alexandrino* credamus, *Thebis Aegypti* oriundus est, & vixisse videtur circa annum mundi 2000. aetate *Isidis* & *Osiridis*, cujus consiliarius fuit; Id enim testimonio (h) *Diodori Siculi* patet, qui *Isidem* in Columna sepulchri sui scripsisse, & can-

cendum profectus Isidi uxori consiliarium adjunxit Hermetem, quod prudentia antestaret caeteros universos. Taceo plura alia auctorum fide dignissimorum testimonia, quae de non Ente loqui non posse, vel leviter tantum attendenti palam fiet. Confer. *Jul. Caesar. de Bello Gallic. Libr. 6. Jamblich. de Myster. Aegyptior, & Galen. Orat. suasor. ad artes &c.*

(g) Vid. locum paulo ante allegatum.

(h) *Bibliothec. Lib. I. Non me fugit,* inquit, *scriptores quosdem tradere, sepulcra horum DEOrum esse in Nysa Arabiae, unde & Nysaeus appelletur Dionysius, & columnam utrique*

candide professam fuisse, se ab *Hermete* fuisse institutam, refert. (i) Cicero *plures Hermetes* in scenam producit, quorum *quintus Trismegistus* est, de quo inpraesentiarum loquimur. Nonnulli etiam *Hermetem* quendam *Arabem* fingunt, aetate tamen *Trismegisto* longe posteriorem, de quo vero non satis constat. Hunc nostrum *Hermetem* praeter multas alias, quas callebat, artes & scientias, quarumque paulo ante mentionem fecimus, medicinae quoque navasse operam, argumento est, quod, *Herodoto* teste, nulla aeque ars floruerit in *Aegypto*, quam medica; Quod antiqui *Hygieiam Hermeti* constanter conjunxerint; Quod *Pythagoras* ex columnis *Mercurii* philosophiam

DEO sacris literis inscriptam esse erectam, inque earum illa, quae ISIDIS est, haec notata legi : EGO ISIS SUM, totius Regionis REGINA, ab HERMETE edocta ; & quae EGO ligavero, nemo dissolverit. Quibus in verbis diserte confitetur ISIS, se ab *Hermete* artem suam didicisse.

(i) Libr. III. de Natur. DEOrum.

phiam ſuam, ad quam etiam medicina pertinet, didicerit; Quod multi alii *Graecorum* philoſohi non aliam ob rationem *Aegyptum* petierint, quam medicinae addiſcendae cauſa; Quod Pythagoraei, notante (k) *Aeliano*, ſummum ſtudium operamque medicandi facultati impenderint; Quod rei herbariae peritus fuerit *Hermes*, & Mercurialis, (l) *Plinio* judice, ab eo nomen ſuum acceperit; Quod naturam animalium & lapidum eorumque vires medicas non ſolummodo intellexerit, ſed & primus hominibus manifeſtaverit; Quod ISIDEM ſacris artis inſtruxerit, ſicuti ipſamet fatetur; Quod multos libros, argumenti partim phyſici, partim medici, conſignaverit &c. Quae omnia ſane, non levem fuiſſe ejusdem in arte medica peritiam, demonſtrant.

K §.XXXVI.

(k) Variar. Hiſtor. Libr. IX. C. XXII.

(l) *Hiſt. Nat. Lib. XXV. Cap. IV. Linozoſtis ſive Parthenion mercurii inventum eſt, ideo apud Graecos hermupoan multi vocant eam, apud nos omnes mercurialem.* Confer eundem *Plinium Lib. XXV. Cap. IV.* ubi et-

§. XXXVI. Non minorem *Hermes* sibi famam comparavit Chemia, potissimum Metallurgica: An enim Chemiam Medicinalem, qualis hodieque in usu est, quaeque ex omni triplici regno tincturas, essentias, extracta, clyssos, pulveres, spiritus, salia tam fixa quam volatilia in forma sicca & indefinita alia ad prodigium imo nauseam usque elaborare docet, calluerit, merito dubitamus. Quod vero μεταλλυργικὴν attinet, ea HERMETI (m) *non obstante priscorum Aegyptiorum taciturnitate*, non videtur deneganda: Unde magnae apud omnes Chymicos existimationis sunt *Tabulae Hermetis Smaragdinae*, quae post diluvium inventae esse dicuntur, & quibus inscri-

iam inventionem *Moly*, plantae *Homero* laudatissimae, *Mercurio* tribuit.

(m) Hoc *Sacerdotum Aegyptiorum* condemnatum veluti silentium de retinendis arcanis suis ideo summopere necessarium fuisse, demonstrat *Borrichius*, quod alias metus fuisset, ne rapacitati gentium ipsis vicinarum simulque valde bellicosarum exponerentur; Utpote quod jam ante *Cambysen* citra dubium factum

inſcriptum fuiſſe ferunt (n) *totius Magiſterii Chemici* fundamentum & methodum componendi medicinam quandam univerſalem, non ſolum metalla ignobiliora transmutandi in nobiliora, ſed & omnes morbos e corpore huma-

K 2 no

eſſet, ſi χρυσοποιητικὴν ſibi cognitam noxia garrulitate aperte declaraſſent: Quapropter Sacerdotes tanquam homines valde ſapientes ſimulque taciturni arcaniorem iſtam, quam poſſidebant, ſcientiam chemicam quocunque modo pertinaciter celabant, ne *nimia felicitas raptores acciret, & theſauris invidendis acceleraret ruinam.* Confirmat egregie hanc conjecturam *Diodorus Siculus*, dum inquit: *Quae ſacerdotes cognita in arcanis habent, nolunt, ut veritas ignota ſit, ad multos manare, poena iis etiam adjecta, qui ea prodant in vulgus.* Quare etiam jure jurando Magiſtri Alchymiae Candidatos ſuos ad hanc taciturnitatem adſtringunt, idemque Fratres Roſeae Crucis in ſua Societate adhuc hodie religioſe obſervant.

(n) Nobile certe omnique auro ac cedro dignius foret hoc *Hermetis* inventum, ſi promiſſis reſponderet: Sed quilibet

no profligandi, uno verbo, lapidem philoſophorum, anxie quidem ſemper ab artis filiis quaeſitum, nondum tamen inventum, neque forte unquam inveniendum, etiamſi non ſimus neſcii, multos multa omni tempore gloriatos eſſe.

§. XXXVII.

---

facile animadvertit, illud verborum luſibus & involucris ita eſſe obvolutum, ut ad illud intelligendum Oedipo opus eſſe videatur. Occurrit autem illud Magiſterium integrum apud Sennertum *de Conſens. ac Diſſens. Chemic. ac Galenic.* ſequentibus verbis: Verum ſine mendacio, certum ac veriſſimum. Quod eſt inferius, eſt ſicut id, quod eſt ſuperius. Et quod eſt ſuperius, eſt ſicut id, quod eſt inferius, ad perpetrandum miracula unius rei. Et ſicut res omnes fuerunt ab uno, meditatione unius: Sic omnes res natae ab hac re adaptatione. Pater ejus eſt ſol. Mater ejus Luna; Portavit illud ventus in ventre ſuo. Nutrix ejus terra; Pater omnis Teleſmi totius mundi eſt hic. Virtus ejus integra eſt, ſi verſa fuerit in terram. Separabis terram ab igne, ſubtile a ſpiſſo ſvaviter cum magno ingenio. Adſcendit a terra in coelum,

§. XXXVII. Idem *Hermes*, quem *Osiridis* atque *Isidis*, antiquissimi Regis & Reginae *Aegyptiorum* Consiliarium antea diximus, saluberrimis artis Jatricae praeceptis exornavit quoque *Isidem*, (o) *Osiridis* uxorem & Sororem, *Aegypti* Reginam famosissimam, quae tanta felici-

iterumque descendit in terram, & recipit vim superiorum & inferiorum; Sic habebis gloriam totius mundi, ideo fugit a Te omnis obscuritas. Haec est totius fortitudinis fortitudo fortis: Quia vincet omnem rem subtilem omniaque solida penetrabit. Sic mundus creatus est; Hinc erunt adaptationes mirabiles, quarum modus hic est: Itaque vocatus sum Hermes Trismegistus, habens tres partes philosophiae totius mundi. Completum est, quod dixi de opere solis.

(o) Non est magnopere mirandum, *Isidem* fuisse & Sororem & Uxorem *Osiridis*. Id enim certos inter populos turpitudini non erat. Adposite hanc in rem loquitur *Cornel. Nepos* Praefatione: *Eadem non omnibus esse honesta atq; turpia, sed omnia judicari institutis Majorum: Neque enim turpe fuisse Cimoni, summo Viro Atheniensi-*

tate hausit, ut (p) *Diodori* testimonio multa postmodum remedia proprio marte invenerit, eaque in commodum humani generis administraverit: Unde in alterutra columnarum, quae in Ipsius & mariti sui honorem erectae fuerunt, vere de se gloriatur, se ab *Hermete* edoctam: Sequentia enim verba characteribus sacris huic columnae, quae *ISIDIS* est, inscripta olim legebantur: EGO ISIS SUM, totius Regionis Regina, ab *Hermete* edocta; Et quae ego ligavero, nemo dissolverit. Ego sum Filia natu major CRONOS; Ego SOROR & UXOR

um, habere in matrimonio sororem germanam. Verum id, quod *Plutarchus Libr. de Isid. & Osirid.* refert, *Isidem* sc. & *Osiridem*, mutuo impulsos amore, antequam ex alvo matris exirent, in tenebris corpora miscuisse, id, inquam, majorem admirationem meretur. Quos itaque ipsa natura in utero matris conjunxerat, eosdem postea in societate conjugali vixisse, a moribus gentium illarum non abhorrebat.

(p) Ita enim *Diodorus Bibliothec. Libr. 1. Tradunt Aegyptii, Isin multa sanitati hominum*

XOR Regis OSIRIDIS. Ego prima ſum, quae homines agriculturam docui. Ego ſum MATER Regis HORI. Ego ſum, quae fulgeo in CANICULA; Ego ſum, quae Bubaſtum exaedificavi. Vale, Vale, Aegyptus, in qua educata ſum. Celeberrimae inprimis famae fuit Φάρμακον ἀθανασίας, cujus inventionem (g) *Diodorus*, Aegyptiorum fide ſuffultus, *Iſidi* praecipue in acceptis refert, qua filium Horum, mortuum in aquis inventum, non ſolum anima reddita in vitam revocavit, ſed & immortalitatis participem fecit. Cuncta haec beneficia

pharmaca inveniſſe, utpote qaae ſcientiae medicae fuerit peritiſſima.

(q) Meretur integer *Diodori* locus *Bibliothec. Lib. 1.* hic excerpi, ut adpareat, quid Reginae ſuae ISIDI in acceptis retulerint *Aegyptii: Iſin* (interpres dicit) *multa ſanitati hominum pharmaca inveniſſe, Aegyptii tradunt, utpote quae ſcientiae medicae fuerit ſcientiſſima, adeoque multa ſolerter excogitaſſe. Quam ob cauſam nunc quoque ad immortalitatem elata, ſanatione hominum maxime gaudeat, & in ſomnis, ſi quis opem expetierit, manifeſtam*

grata mente recolentes *Aegyptii* divinos a morte cultus eidem destinarunt, amplissimumq; templum in honorem ejus, in

numinis praesentiam promtamque indigentibus bene merendi facultatem exhibeat. Ad demonstrandum haec adferre se ajunt non Graecorum more fabularum vanitatem, sed factorum evidentiam. Nam totius pene orbis testimonio se niti, qui effusis DEAM honoribus ob praesens in medicando numen remunerantur. In somnis enim adsistentem aegrotis remedia contra morbos subjicere, eique morigerantes nec opinato convalescere. Multos etiam a Medicis propter morbi difficultatem desperatos ab hac salutem accipere, plurimosque oculis prorsus captos, aut alia corporis parte mutilatos, si ad DEAE hujus opem confugerint, in pristini vigoris integritatem restitui. Invenit illa immortalitatis pharmacum, quo filium Horum Titanum insidiis oppressum, & mortuum in aquis inventum, non tantum reddita anima in vitam reduxit, sed etiam immortalitatis participem fecit. Hactenus *Diodorus.* Ex quibus verbis minime sequitur, quod tamen inde deducere laborat *Conringius*, Aegyptios *Isidem* medicinae inventricem celebrasse, sed eam scientiae medicae pe-

in quo (r) *incubantes* aegroti morborum ſuorum remedia per ſomnum captabant, erexerunt. Hujus vero DEAE Medicae ſacra tam religioſe habebantur, ut ſolis Sacerdotibus *Iſiais* ſimulacrum in

ritiſſimam quidem fuiſſe; Verum, quae generoſa magnae foeminae indoles eſt, omnem illam ab *Hermete* accepiſſe, ſicuti ipſamet confiteri non erubeſcit.

(r) Haec erat *gentis Aegyptiacae* ſuperſtitio, quod crederent, *Iſidem* per ſomnia aegrotantibus inſpirare morborum ſuorum remedia, ſi ejusdem templo incubarent: Cujus rei exemplum memoratu dignum producit *Plinius* Lib. XXV. C.2. *Nuper*, inquit, *cujusdam militantis in Praetorio mater vidit in quiete, ut radicem ſylveſtris roſae, quam cynorrhodum vocant, blanditam ſibi adſpectu pridie in fructeto, mitteret filio bibendam, in Lucetania res gerebatur, Hiſpaniae proxima parte, caſuque accidit, ut milite a morſu canis incipiente aquas expaveſcere, ſuperveniret epiſtola, orantis, ut pareret religioni: Servatusque eſt ex inſperato, & poſtea quisquis auxilium ſimile tentavit.* Conf. *Libr. VIII. Cap. XLII. Hiſt. Nat. Plin.* Neque vero putandum eſt, ſolis *Aegyptiorum* animis hanc ſuperſtitionem inhaeſiſſe;

plo conſpicere fas eſſet, ſicuti (s) *Pauſanias* refert. Moris inſuper fuit, (quemadmodum id quoque notum eſt de templo *Aeſculapii*) ut, qui ex morbo quodam convaluerant, totius facti ſpeciem in tabellula quadam conſignarent, inque templo ISIDIS (unde ex iſtis tabellulis *Hippocratem* ſua ſcripta conflaſſe, quin ſuffuratum eſſe, nonnulli exiſtimant, quam vere, ipſimet viderint) ſuſpenderent, prout etiam conjicere fas eſt ex illo (t) *Tibulli* verſiculo:

Nunc

Graeci enim & *Romani* ſimili quoque crimine ſeſe commacularunt: Hinc hodieque inſula Tiberina *Romae* monſtrat templum *D. Bartholomaei*, quod olim *Aeſculapio* dicatum multos incubantes vidit curatos, inter quos gratos ſeſe teſtati ſunt publica in tabula marmorea laudatione *Gajus coecus*, *Lucius* deſperate *pleuriticus*, *Julianus ex vomitione cruenta exſpes*, *Valerius Aper oculis captus*, ſicuti ſuperius jam ex *Hieronymo Mercuriali* haec omnia pluribus adducta ſunt.

(s) Corinthiac. ſ. Libr. IIdo.

(t) Libr. I. Eleg. 3.

Nunc DEA, nunc ſuccurre mihi, nam poſſe
mederi
Picta docet templis multa tabella tuis.

Nonnulla denique ſcripta, *Iſidis* nomen mentientia, ab eruditis referuntur, v. g. Poemata quaedam, quorum apud (u) *Platonem* mentio fit; Porro Tabula *Iſidis*, variis Hieroglyphicis referta, cujus (w) *Kircherus* & (x) *Borrichius* meminerunt. Ut multas compoſitiones, *Iſidis* nomen prae ſe ferentes, quae in ſcriptis (y) *Galeni* haud infrequenter occurrunt, hac vice ſilentio praeteream.

§. XXXVIII.

(u) Libr. II. de Legibus.

(w) In *Oedipo Aegyptiaco.*

(x) *De ortu & progreſſu Chemiae.*

(y) *De compoſitione medicamentorum per Genera L. IV. p. m. 922.* ubi Galenus deſcribit emplaſtrum Gilvum, *Iſis* vocatum, quod ad ulcera fluentia, diuturna, maligna & vix curabilia maxime in partibus extremis valet. Et aliud *Iſis* capiti adcommodum l. c. p 926. ad chironia & curatu difficilia. Item l. c. p. 936. & aliis paſſim in locis.

§. XXXVIII. Veniamus ad *Osiridem*, *Isidis* maritum pariter ac *Aegypti* Regem famosissimum, qui alias a (z) nonnullis *Apis*, ab aliis *Serapis* vocatur. (a) Plutarchus, qui *Osiridem* Regem ac Dominum adpellat, res ejus gestas enarrans, merita ejus summopere extollit & multis encomiis depraedicat, quod nimirum regno inito statim *Aegyptios* inopi & belluina victus ratione solverit, & fruges ipsis ostendendo & leges ponendo, DEOrumque cultum praecipiendo. Quod

(z) Credibile est, haec diversa nomina designare tantum unam eandemque personam: Licet enim nonnulli regerant, *Osiridem* fuisse Regem, *Apim* tantum Sacerdotem; Discimus tamen ex *Plutarchi Lib. de Isid. & Osirid. Apim* & *Osiridem* esse duo tantum diversa nomina unius ejusdemque personae; Quare probabile est, *Osiridem* & Regis & Sacerdotis munere simul functum esse: Id quod etiam a plurimarum gentium institutione non abludit. *Diodorus* itidem Bibl. L. 1. expresse docet, *Osirim* & *Serapim* esse unum eundemque.

(a) *Libr. de Isid. & Osirid.*

Quod postea universam terram obierit, hominesque a feritate ad mansuetiores mores reduxerit, minime armorum usu, cum plerosque persvadendo & docendo, adhibitis carminibus & musica, alliceret; Quibus verbis agriculturae inventae laus diserte ipsi adseritur: Quod pariter ex antiquissima quadam Inscriptione, quae, referente sic (b) *Diodoro*, in (c) columna quadam *Nysae* in *Aegypto* legebatur, manifestum est, ubi sic de se gloriatur *Osiris*: EGO SUM REX OSIRIS, qui arma mea per totum

(b) Libr. I. ubi sic loquitur: *Osiris ad tritici hordeique sementem genus humanum edocendam orbem peragravit.* Et alibi: *Totum orbem emensus Osiris mitissimorum fructuum communicatione de vita communi bene meruit. Quod si qua tellus plantam vitis non admitteret, conficiendum ex hordeo potum docuit vini fragrantia & efficacia haud multo inferiorem.*

(c) Hinc *Aegyptius* quidam apud *Dionem Prusaeum* Orat. X. haud vane jactat, partim in templis, partim in columnis scriptam apud eos praecipuam priorum temporum memoriam. Conf. *Galen.*

tum hoc univerſum circum tuli - - - ad ipſam usque Arcton - - - ad radices Danubii - - Sum Filius natu major CRONOS; Nobili proſapia oriundus; Parens Diei; Nullus in mundo locus, ubi non fuerim, & totum hoc univerſum beneficiis meis adimplevi. Praeprimis autem, ſi (d) *Clementi Alexandrino* vel (e) *Cyrillo*, qui eandem cum *Clemente* Patriam habebat, credamus, inventae aut ſaltem excultae medicinae gloria ipſi invidenda non erit, etiamſi, quae ejusdem propria fuerint inventa, non ita liquido appareat. Meruit interea, ut grata poſteritas nomen ejus immortalitati conſecraret, inque DEOrum numerum eundem referret.

§. XXXIX.

Lib. contra Julianum: In Aegypto (inquit) *olim artium inventum unumquodque a communi Eruditorum confeſſu probatum columnis inſcribebatur quibusdam, in ſacris locis poſitis, haud adpoſito auctoris nomine.*

(d) *Apis*, inquit, *Aegyptius medicinam invenit, antequam Jö veniret in Aegyptum.*

(e) *Apis Aegyptius*, inquit Cyrillus, *Sacerdotum Aegypti famigeratiſſimus, fuit primus*,

§. XXXIX. Pertinent ad hanc aetatem alii adhuc Reges, qui *Aegyptiorum* medicinam fama ſua illuſtrarunt: In tanta enim exiſtimatione ſemper fuit apud *Aegyptios* ars medica, ut ipſi quoque Reges eidem ſtrenuam navarent operam. Praeter eos, de quibus hucusque locuti ſumus, admodum (f) *Euſebio* laudatur quidam *Athoſtas*, ab aliis *Athothis* adpellatus, primus primae Dynaſtiae Rex, qui non tantum medicinam exercuiſſe, ſed & libros Anatomicorum ſcripſiſſe dicitur: Unde ſuperius jam relatum eſt, Reges Aegyptios corpora mortuorum ad ſcrutandos morbos ſecare ſolitos eſſe, quo exercitio illos non vulgarem ſibi acquiſiviſſe dexteritatem in Anatomia, facile intelligitur. Non minorem reportavit famam tertiae Memphitarum Dynaſtiae Rex, *Seſorthus* ab aliiis *Seſorthros* vel *Thoſorthros* dictus;

qui artem medicam invenit, aut ſaltem feliciori ſucceſſu exercuit, quam omnes, qui ipſum praeceſſerant, ipſumque Aeſculapium in eadem inſtituit.

(f) In Chronico.

ctus; Unde etiam ob insignem medicinae peritiam (g) *Aesculapius Agyptorum* dictus fuit.

§. XL. *Bacchus*, strenuus ille Heluonum DEUS, cui multi hodie impia adhuc genua flectunt, olim *Assyriae*, *Lybiae* & *Indiarum* Rex fuit, quem hi populi pariter tanquam primum medicinae inventorem suspexerunt, ac proinde non immerito hic locum quendam sibi vindicat. An, quae (h) *Plutarchi* est,

(g) Hinc cum *Aesculapio* Graecorum plerumque confunditur.

(h) *Libr. de Isid. & Osiride.* Unde etiam hederam *Baccho* sacram vocant phenosirin, i. e. *Osiridis* plantam: Et *Osirin* adpellant solem, eodem *Plutarcho* teste: *Sunt*, inquit, *qui Osirin diserte ajunt esse solem:* At quum templum *Antonio* aedificare vellent sub *Bacchi* nomine, ita in illo solis, quem *Bacchum* vocabant, effigiem collocarunt, in cujus memoriam & templi iconem & solis radiati imaginem saepe in denariis *Antonii* exhibuerunt: Unde intelligi potest nummus LXI. *gentis Antoniae.* quem adfert *Vaillant* descriptione nummorum antiquorum Famil. Roman. cum hac epi-

est sententia, idem sit cum *Osiride*, de quo modo egimus, hac vice non disputamus. Habitus vero est Medicus vel eo potissimum nomine, quod non solum vinum invenerit medicamentum validissimum simulque svavissimum (Neque enim ad delicias gulae ad ebrietatem usque vino abutendum est) sed &, quod hederam ejusque virtutes primus detexerit, quae cum facultate sua vino resistat, in maximo habendam eam esse honore docuit. Hinc & bacchantes, teste (i) *Plutarcho*, eadem coronavit, quo a vino minus laederentur, hedera quippe frigore suo, uti tunc temporis ratiocinabantur, ebrietatem restinguente. Aliis persvasum est, *Baccho* hederam fuisse sacram, ideo quod vas ex hederae ligno elaboratum, si *Liberi* Patris (ita enim *Bacchus* vocatur) liquore (vino) repleretur, illum optime retineret,

L ret,

graphe: M. ANTONI Imp. Caput Antonii. In aversa: III. VIR R. P. C. Caput Solis radiatum in Templo duarum Columnarum.

(i) Sympos. Libr. 2. p. m. 647.

ret, eo quasi gaudens. At vero si aqua idem vas repleretur, mox per illius poros paucum intra tempus illa elaberetur. Creditur quoque aratri & sationis inventor. Hinc est, quod, referente (k) *Plutarcho*, *Elaeorum* mulieres sacro carmine hortentur *Bacchum*, ut pede bubulo ad ipsas accedat, ac proinde bis ipsi accinunt: Digne Thure? Totius vero hymni haec est forma: Veni heros *Bacche* maritimum ad templum sanctum cum gratiis, ad templum pede bubulo. Ob inventam itaque vini plantationem & agriculturam, imo & ob medicinam vel inventam vel saltem in Praxin deductam Divis adscribi meruit eoque potissimum nomine ab *Amphilaeensibus* laudatur, de quorum cultu (l) *Pausanias* ita loquitur: *Quod spectes illic, dignum est adytum, in quo arcana Libero Patri sacra fiunt - - - - Narrant Amphilaeenses & futura sibi DEO auctore praedici, & contra morbos in promptu esse remedia: Quod & in somnis tam ipsi quam finitimi de morborum medelis*

(k) Quaest. Roman. p. m. 299.
(l) Phocicor. seu. Libr. X.

medelis ab eo moneantur, & sacrificulus divino adflatu instinctus de futuris consulentes certiores faciat.

§. XLI. *Hammonem*, pariter *Aegypti* Regem, quem (m) nonnulli eundem cum *Chamo*, *Noachi* filio, esse credunt, medicinae quoque peritum fuisse, credunt, vix tamen alio ad id probandum argumento permoti, quam quod *Hermes* quendam suorum Librorum eidem dedicaverit, & prout (n) *Silius Italicus* refert, *Synalus* omnem, quam possidebat, scientiam medicam, extrahendi v. g. ferrum ex vulneribus, fascinandi serpentes &c. ab *Hammone* acceperit.

§. XLII. ZOROASTER, Bactrianorum Rex, & *Nini*, Regis *Assyriae* contemporaneus, non minus quam *Hammon* inter medicos suum tuetur locum: Scripsit enim vicies centum millia versuum, in quibus occurrunt etiam libri de natura, de lapidibus pretiosis &c. quos a *Plinio* citatos videmus. Prodigiosum

(m) Vid. Vossium de idololatria.
(n) Libr. V.

giosum vero est, quod idem (o) *Plinius*, non sua tamen, sed *Eudoxi* & *Aristotelis* auctoritate, refert, *Zoroastrem* sex millibus annorum ante mortem *Platonis* vixisse: Quo tamen modo diu jam ante ipsum *Adamum* fuisset, quam mundus hic adspectabilis sua cepit initia, quod absurdum. Ergo, *Dalechampio* recte id adnotante, in annorum supputatione procul dubio fallitur *Plinius*. E contra (p) *Plutarchus* sexcentis annis antiquiorem fuisse *Zoroastrem* adfirmat. (q) Cum nasceretur, id praecipue memoratu dignum est, quod riserit, cerebrumque ita palpitaverit, ut impositam repelleret manum. In omni vero vita sua tantae fuit continentiae, ut eodem (r) *Plinio* teste, annos viginti in deser-tis

(o) Libr. XXX. Cap. I.
(p) Libr. de Iside & Osiride.
(q) Vid. Plin. Libr. VII. Cap. XVI. *Risisse*, inquit, *eodem die, quo genitus esset, unum hominem accepimus Zoroastrem. Eidem cerebrum ita palpitasse, ut impositam repelleret manum, futurae praesagio scientiae.*
(r) Libr. XI. Cap. XLIII.

tis caseo, ita tamen temperato, ut vetustatem non sentiret, vixerit. Celebrem interea magum, imo omnium veluti Magorum antesignanum fuisse, *Zoroastrem*, plerisque persvasum est, ipso quoque (s) *Plinio* ad hanc seriem ipsum referente. Fuisse vero ejusdem magiam prorsus naturalem, atque ab obscoena & diabolica prorsus alienam, satis demonstravit (t) *Gabriel Naudaeus*. Rectissime enim observat (u) *D. le Clerc* medicinam inter & magiam antiquissimis temporibus arctissimam fuisse communionem, & propter hanc solam mereri *Zoroastrem* referri inter medicos. Antiquitus enim Magia ars admodum venerabilis erat, & extra omne crimen posita: Erat enim nihil aliud, quam adcuratior rerum naturalium cognitio, ex diuturnis virorum, talibus in rebus exercitatorum, observatione & institutis

(s) Libr. XXX. Cap. I.
(t) In apologia pro viris doctis, magiae falso suspectis.
(u) Histoir. de la Medicin. prem. part. Liv. prem. Chap. IV.

tutis experimentis haufta. Accedente vero tandem fuperftitione ars optima in abufum verti & foedari coepit.

§. XLIII. Aft repetamus tractationis noftrae filum, quod paulifper abrumpendum fuit, & ad *Ifidis* pofteritatem progrediamur, ubi *APOLLO*, qui alias etiam (w) *Horus* vel (x) *Poeno* vocatur

(w) Quod HORUS fit unus idemque cum *Apolline*, difcimus ex *Diodoro Siculo:* Is enim *Biblioth. Lib. 1.* medicae artis peritiam *Horo, Ifidis* filio, ex Aegyptiorum fententia adfcribit fequentibus verbis: *HORUM interpretantur Apollinem, qui medendi & vaticinandi artem ab Ifide matre edoctus, oraculis & medicationibus bene de mortalium genere meritus eft.* Et *Eufeb. Lib. I. Cap. I.* in eundem prorfus modum ita fcribit: *Jam ab Ifide pleraque remedia ipfamque adeo medicinae artem inventam effe tradunt ac fimul immortalitatis pharmacum, cujus illa vi ORUM filium, quem Titanum infidiis exceptum ac mortuum in aquis repertum, non tantum in lucem reddito animo revocarit, fed etiam immortalitate donaverit. Porro hunc ORUM, qui DEOrum noviffimus eft, in Aegypto regnaffe, ejusque nomen fi interpreteris, Apolli-*

vocatur, ſtatim occurrit, qui uti a matre ſua medendi arte liberaliter inſtitutus, ita & arte divinandi per oracula & ſalutaria quoque remedia inveniendi inclaruit, ut plane medicae artis inventio ipſi haud obſcure fuerit attributa; Unde

 etiam

nem ſignificare. Quid quod ab Iſi de parente medendi & vaticinandi artem didiciſſet, edendis oraculis morbisque ſanandis optime de hominum genere mereatur.

(x) Hoc *Apollinis* cognomen nonnulli derivant a παύειν quod eſt *ſedare*, *lenire*; Eo quod *Paeon* medicus dolores vel ſymptomata morborum leniat atque emolliat. Alii vero derivant a παίειν, quod eſt *ferire*, quod morbos veluti feriat medicus, qui iisdem mederi cupit. Hoc interim cognomen *Apollo* omnium primus accepit, ſucceſſivis vero temporibus non *Aeſculapio* tantum, ſed & omnibus reliquis medicis datum eſt. Hoc ſenſu *Homerus* medicos ex ſtirpe *Paeonia* oriundos dicit, atque ex eodem fonte pullularunt phraſes: *poeonium in morem*; παιωνία χεὶρ, medica manus, παιώνιος medicabilis &c.

etiam (y) nomen ſuum accepiſſe videtur. Quapropter alio quoque cognomine (z) *Alexicacus* fuit adpellatus, ejusque

---

(y) Alluſit ſine dubio *ISIS* ad eam, quam ſuſtinere *Apollo* debebat, provinciam, & a medendo nomen ipſi dari voluit: Hinc *Euſeb. praepar. Evang. Libr. III.* Cap. I. dicitur ὡς ἀπολλάττων ϗ ἀπολύων τῶν περὶ σῶμα νοσηματικῶν παθῶν, quaſi aegritudinum corporis ſolutor & propulſator. Et *Callimachus* hymno ejusdem laudibus ſacrato ita canit, verſ. 45.

ἐκ δένυ Φοίβȣ
Ἰητροὶ δεδάασιν ἀνάβλησιν θανάτοιο:
Ex phoebo autem
Medici didicerunt depulſionem mortis.

Poëtis enim *Apollo* frequenter etiam *Phoebus* dicitur.

(z) Quare *Alexicacus* vocetur *Apollo*, rationem pulcre exponit *Pauſanias* Arcadicor. ſ. Lib. VIII. p. m. 684. & 85. Cognomen illud (*Apollinis Epicurii*) i. e. auxiliaris, Apollini tributum eſt, quod peſtilentia laborantibus opem tulerit: Qua etiam de cauſa idem *Apollo* apud Athenienſes *Alexicacus* (quaſi *averruncum* dixeris) quod peſtilentem

ejusque prae reliquis in (a) *jure jurando Hipocratis* ratio habetur. Imo (b) *Ovidius Apollinem* ita de se loquentem introducit:

Inventum medicina meum est, opiferque per orbem
Dicor, & herbarum subjecta potentia nobis.

Meruit etiam, ut dira aliquando pesti-
L 5 lentia

morbum ab ipsis quoque averterit, nuncupatus est.

(a) Ita enim incipit Jusjurandum *Hippocratis:* Ὄμνυμι Ἀπόλλωνα Ἰητρὸν: Juro per Apollinem Medicum; Adeoque ejusdem ratio habetur, antequam caeterorum DEORUM DEARUMque mentio fiat; Unde pronum est colligere, quanta in existimatione antiquitus fuerit *Apollo* ejusque peritia medica.

(b) Dominus *le Clerc. Histoire de la Medicine Premier. part. Liv. 1. Chap. VII.* existimat, *Ovidii* & reliquorum Poëtarum *Apollinem* esse personam tantum fictam, per quam solem voluerint designare: Eo quod hoc astrum tanquam universale principium omnis generationis atque corruptionis consideratum sit, a cujus vario

lentia *Romae* grassante (c) aedes *Apollini* medico vota fuerit. Post fata autem habitus est DEUS vatum.

§. XLIV.

---

influxu & sanitas & morbus, & vita & mors dependeant. Videturque suspicioni Ejus favere *Hyginus fabul. L. 1.* dicens: *Apollinem* fuisse primum *medicum Oculistam*, alludens hoc modo ad radiantissimum solis Jubar, quod undique radios suos emittendo per orbem rectissimo jure oculus mundi vocatur. Non adparet autem, quare tam *Poetae Graeci*, utpote fictionem valde amantes, quam potissimum *Latini*, eandem perpetuo fabulam luderent, nisi vere *Apollo* extitisset. Itaque rectius adseritur, etiamsi de eo pariter loco citato subdubitare videatur *Clericus*, *Apollinem* nomine & re talem vere extitisse, qui magnam in arte medica celebritatem consecutus sit; Eumque alium esse non posse, quam *Isidis* filium. De hoc *Euripides Alcestide v. 969.*

ὅσα Φοῖβος
Ἀσκληπιάδαισιν παρέδωκε
Φάρμακα, πολυπόνοις
Ἀντιτεμὼν βροτοῖσι. i. e.

Quaecunque *Phoebus Aesculapii* posteris

§. XLIV. Sicuti ISIS sacratissimae artis participem fecit *Apollinem:* Ita (d) *ex disciplina Hermetis*, cujus historiam superius exhibuimus, prodiisse dicitur *Aesclepius*, sive quod idem est, *Aesculapius*; Qui sive natione *Phoenicius*, sive *Aegyptius* fuerit, omnem secretiorem astrologiam mathematicam & procul dubio etiam medici-

tradidit medicamenta, miseris praecidens (mala) mortalibus.

Et *Horatius* ita canunt:

Augur & fulgente decorus arcu
Phoebus, acceptusque novem Camoenis
Qui salutari levat arte fessos
Corporis artus.

(c) Vid. Liv. Lib. IV. Cap. XXV. & Libr. XL. Cap. LI.

(d) *Aesculapium Aegyptiorum* fuisse *Hermetis* discipulum, diserte docet *Julius Firmicus Mathes. L. III. Cap. 1. & praef. L. IV.* Idemque confirmat *Julius Maternus Libro de Petosiri & Necepso Libr. III. Cap. 1. Mercurium* scil. (Hermetem) cuncta sua arcana astrologica & mathematica (cur vero non etiam medica?) *Aesculapio* & *Anubi* credidisse: Unde liquido infertur, ex *Hermetis* disciplina prodiisse *Aesculapium.*

medicinam, cujus quippe inventorem ipſum prædicavimus *Hermetem*, accepit. De *Aeſculapio* (e) *Graecorum* dicetur inferius.

§. XLV.

(e) Sedulo cavendum, ne *Aeſculapium* hunc *Grajum* confundamus cum illo *Aegyptiorum*, tanquam longe antiquiore; Videtur tamen confuſionem iſtam commiſiſſe *Clemens Alexandrinus*, quando dicit, *Aeſculapium*, illum ſcil. *Aegyptium*, Memphis oriundum, qui medicinam per *Apim* inventam ſuis quoque obſervationibus illuſtraverat, divinis demum honoribus adfectum fuiſſe paulo ante tempora belli Trojani; Ubi manifeſtum eſt, *Clementem* ambos iſtos *Aeſculapios* invicem confudiſſe. Cicero de *nat. DEOrum Libr. III.* *non* duos, ſed tres nobis ſiſtit *Aeſculapios*, dum ita loquitur: *Aeſculapiorum primus Apollinis, quem Arcades colunt, qui ſpecillum inveniſſe vulnusque dicitur obligaviſſe. Secundus, ſecundi Mercurii frater; Is fulmine percuſſus, dicitur humatus eſſe Cynoſuris; Tertius Arſippi & Arſinöae, qui primus purgationem alvi, dentisque evulſionem, ut ferunt, invenit: Cujus in Arcadia non longe a Luſio flumine ſepulchrum & lucus oſten-*

§. XLV. Coaetaneus *Aesculapii* fuit *Prometheus*, qui secundum (f) nonnullorum opinionem idem est ac *Magog*, *Japheti* filius. Missis fabulosis Graecorum Poetarum narratiunculis, ignem de coelis furatus hominibusque, qui eodem in vita communi carere non poterant, deportasse, eosdemque in arte medendi instruxisse, dicitur, licet (g) *alii*

---

ditur. Non adparet autem, qua auctoritate nixus *Cicero* non duos, sed tres nobis fingat *Aesculapios:* Si enim primus, de quo loquitur *Cicero*, filius *Apollinis* fuit, idem omnino est cum illo, de quo *Pausanias* & *Pindarus* loquuntur, quique filius *Apollinis* & *Coronidis* erat, uno verbo, *Graecorum Aesculapius*, de quo paulo post agemus, quique in arte salutari a *Chirone Centauro* instructus paulo ante *obsidionem Trojanam* vixit. Longe vero antiquior fuit iste *Aegyptiorum* sive *Phoenicum Aesculapius*, de quo potissimum hic nobis sermo fuit.

(f) In hac sententia est *Bochartus*, qui a *Prometheo* seu *Magogo* Scythas suos derivare natales existimat.

(g) Recte judicat *Clericus* Histoir. Med.

alii penitus commentitium esse, non citra rationem judicent, quidquid de *Prometheo* ejusque inventis narratur ab *Aeschylo*: Quod nimirum ignem ex coelis rapuisse, inque hominum usum in terram deportasse dicatur, quod homines sapientes reddiderit, quod ipsos artificium aedificandi & domos construendi docuerit, ne amplius habitarent in cavernulis

Part. 1. Libr. 1. Chap. VIII. p. 22. *Aeschyli* aliorumque Poetarum *Prometheum* esse non nisi personam fictam, qua per prosopopoeiam indigitetur rationis humanae providentia seu prudentia (προμήθεια enim idem est, quod providentia, prudentia) cujus quippe indefessa industria omnia detecta sint, quae ad usum vitae & societatis humanae commodum necessaria sunt. Habetque hac in parte plenissime sibi consentientem *Plutarchum de fortuna*: *Nunc*, inquit, *quod potiores sumus, iisque* (brutis animantibus) *imperamus, non casu aut fortuito fit, sed PROMETHEUS, i. e. RATIONIS* usus hoc efficit. Idemque docet *Plinius Libr. XXXIII. Cap. 1. Hist. Natural.* dum ita loquitur: *Pessimum vitae scelus fecit, qui annulum primus induit*

vernulis, diſtinguendi tempeſtates coelorum, obſervandi ortus & occaſus aſtrorum, literarum elementa artificioſe componendi indeque linguas formandi, beſtias cicurandi eaſdemque aratro jungendi, domandi equos, conſtruendi navigia & faciendi vela: Artem inſuper divinandi & ſomnia explicandi ſimul atque oracula, praedicendi futura per volatum avium, exta animalium ſignaque in coelis adparentia; Effodiendi denique ex viſceribns terrae aes, ferrum, aurum, argentum &c. Uno verbo, nulla fere ars exiſtit aut ſcientia, cujus originem in *Prometheum* non ſolent referre.

§. XLVI. Reſtat ex *Aegyptiorum* Regibus, qui medicinae ſolertius ſeſe adplicuere, adhuc commemorandus *Necepſus*, vel prout alii ſcribunt, *Nechepſus*, qui juxta (h) *Euſebium* XXVI. Olympiade floruiſſe, & ſcripta nonnulla medica, quae apud *Aegyptios* in ſumma

digitis; Nec hoc, quis fecerit, dicitur: Nam de PROMETHEO OMNIA FABULOSA *arbitror.*

(h) In Chronico.

ma exiſtimatione fuerunt, edidiſſe dicitur. Uude quanti *Aegyptiorum* Reges, in altiſſimo olim gloriae faſtigio conſtituti, Jàtricen aeſtimaverint, iterato adparet. Quae vero fata jam alii, qui induſtria & labore magnam Naturae arcanorum ſuppellectilem ſibi comparaverant, ante ipſum fuerant experti; Eodem quoque crimine HIC commaculatus eſt: Omnem enim Regis hujus *medicinam* (i) *magicae*

(i) Hujus criminis maculam *Necbepſo*, cujus divinum ingenium & juſtiſſimi Imperatoris virtutes non poteſt ſatis laudare *Firmicus*, inurere conatur *Conringius*, hanc potiſſimum ob rationem inductus, quod morbum aeque ac ſanitatem corporis noſtri *Necbepſus* dependere dixerit a *triginta ſex decanis ſiderum Zodiaci* ſeu totidem Diis, quod magicum eſſet & ſuperſtitioſum. Hanc vero *Necbepſi* mentem fuiſſe, collegit ex hiſce *Julii Firmici* verbis, quae *Lib. 4. C. 6. leguntur: Singula ſigna ternos habere decanos diximus. Sunt autem Decani magni numinis ac poteſtatis, per ipſosque proſpera omnia ac infortunia decernuntur. Sic & Necepſo Aegypti Juſtiſſimus Imperator, optimus quoq; Aſtronomus per ipſos Decanos omnia*

magicae ſuperſtitionis & vanitatis plenam, imo ipſum turpiſſimum Magum & Magorum magiſtrum extitiſſe, plerisque perſvaſum eſt:

Unde & *Auſonius* ita canit:

Quique Magos docuit myſteria vana Nebepſus.

Caeterum libri, quos edidit *Nechepſus*, plerique Magica, Aſtrologica vel Medica, quae ſingula antiquitus arctam admo-

vitia valetudinesque collegit, oſtendens, quam valetudinem quis Decanus efficeret. Et quia una natura ab alia vincitur, unusque DEUS ab altero; Ex contrariis ideo naturis contrariisque poteſtatibus omnium aegritudinum medelas divinae rationis Magiſteriis invenit. At vero *Plutarchus* locuples nobis poteſt eſſe teſtis, pleraque Aegyptiaca non ad literam intelligenda, ſed ſenſum recondere hieroglyphicum, imo ſub fictis ejusmodi DEOrum ſeu Decanorum nominibus philoſophiam eorundem & forte naturam certam rerum occultari. Ideoque non ſtatim vanitatis Magicae inſimulandum, quod primo intuitu leviter attendentibus tale adparet.

dum communionem inter ſeſe mutuo habebant, complectebantur. Aſtrologica citata ſunt a (k) *Plinio*; *Julius Firmicus* Aſtronomica & medica citavit; Et ipſe quoque (l) *Galenus* librorum *Necepſi* mentionem facit, dum verſatur in explicandis facultatibus *Jaſpidis* viridis. *Aetius* deniq; exhibet deſcriptionem Emplaſtri aliorumque remediorum, quae huic *Aegyptiorum* Regi communiter tribui conſueverunt.

§. XLVII.

(k) Hiſtor. Nat. Lib. VII. Cap. XLIX.

(l) *De ſimplicium medicamentorum facultatibus Libr. IX.* ubi explicans proprietates *Jaſpidis* viridis ita inquit: *Proprietatem nonnulli lapidibus quibusdam teſtimonio ſuo adſcribunt, qualem revera habet Jaſpis virens, nempe ſtomachum adhaeſu ventrisque os adjuvans. Ac nonnulli quoque annulis inſerunt, ſcalpuntque in ea draconem radios habentem; Velut Rex Nechepſos memoriae prodidit in VI. & X. Libro. Sane hujus Ego quoque lapidis abunde feci periculum: Torquem enim ex hujusmodi lapillis confectum a collo ſuſpendi, ita ut lapides os ventris contingerent: Adparebat autem nihiloſecius prodeſſe, etiamſi ſculpturam non haberent, quam ſcripſit Nechepſos.*

§. XLVII. Circa (m) eadem tempora vixit PETOSIRIS, quem *Julius Firmicus* Magnum appellare ſolet, quique in iisdem ſcientiis non vulgarem ſibi adquiſiverat peritiam; Id quod ſatis produnt foeminae Romanae, quae aegrotantes nec cibum nec medicamenta aſſumebant, non conſulto prius *Petoſiri.* Unde *Juvenalis* facete earum mores perſtringendo ita canit:

Aegra licet jaceat, capiendo nulla videtur
Aptior hora cibo, niſi quam dederit PETOSIRIS.

Quamvis fatendum omnino ſit, idem hoc

(m) Fuiſſe *Petoſirin* cum *Nechepſo* contemporaneum, ex hiſce *Julii Firmici* conjicere licet: *Accipies nunc Mavorti, decus noſtrum, pleniſſimam hujus operis diſciplinam, Graecis multis & omnibus fere Romanis incognitam, ad quam usque in hodiernum diem noſtrum adſpiravit ingenium. Neque enim divini illi viri & ſanctiſſimae Religionis antiſtites, Petoſiris & Necepſo, quorum alter Imperii gubernacula tenuit, cum omnia, quae ad hujus artis pertinent diſciplinam, diligentiſſimis ac veris rationibus explicaſſent, id quod nos edituri ſumus, invenire potuerunt.*

hoc praejudicium latisſime hodieque adhuc dominari non inter vulgus tantum, ſed & ipſos medicos, quorum tam alte mentibus Aſtrologorum vanitates inhaerent, ut nec venaeſectiones, nec purgationes, nec medicamentorum aliorum adplicationem temere ſuſcipiant, non conſulto prius Calendariographo.

§. XLVIII. Denique *JACHENEM*, Aegyptium pariter medicum, huc referre non erit intempeſtivum, licet, qua aetate vixerit, ita tuto determinare non liceat. Magnum fuiſſe Patronum Amuletorum & περίαπτα magni aeſtimaſſe *Jachenem*, ex *Suida* diſcimus. Propterea autem magiae inſimulare optimum & de arte medica meritisſimum virum, quod fecit *Conringius*, id quidem inſulſum eſt. Aerem contagioſum incenſa ſylva igneque aperto exſtructo purificari rectisſime ſenſit, in eoque paria fecit cum *Hippocrate*, qui pariter luem peſtilentem appropinquantem incenſa ſylva profligare ſuo tempore expertus eſt. Non itaque veriſimile eſt, quod tamen iterum perſuadere conatur *Con-*

ringius,

ringius, expiationis gratia ignem iſtum luculentum a *Jachene* commendatum fuiſſe: (n) *Plutarcho* etiam phyſicum iſtum uſum purificandi aerem, miasmatis contagioſis inquinatum, ſolerter commendante.

 §. XLIX.

(n) *Libr. de Iſid. & Oſirid.* ubi ſic loquitur: *Hoc primum conſideres, quod maxima cura proſequantur iſti homines ea inſtituta, quae ad ſanitatem pertinent. Et eſt ſane in ſacrificiis, luſtrationibus & victu non inferior ſanctitate ſanitas. Neque enim rectum putabant, ut corporibus ſubputridis & morboſis colerent id, quod purum & ſincerum & immaculatum eſt. Quoniam itaque aër, quo plurimum utimur, & in quo maxime verſamur, non eandem ſemper temperiem habet, ſed noctu condenſatur & offendit caput & animum contrahit in anxietates & curas, dum quaſi nubiloſus redditur & gravis: Surgunt ſtatim & ſuffitum faciunt, & ſanant purgantque diſſipationibus aërem, & innatum corpori ſpiritum jam marcidum refocillant, cum hic odor vehemens quiddam & incitativum habeat. Iterum cum circa meridiem ſentiunt a ſole copioſas & graves exhalationes vi ex terra ſubtrahi, myrrham incendunt, quam aëri immiſcent. Reſolvit enim calor & diſſipat id, quod concretum in aëre, & turbulentum & limoſum eſt. Siquidem*

§. XLIX. Haec pauca ſunt *medicinae Aegyptiacae* veteris veſtigia, quae hinc inde leguntur, a qua priusquam recedam, ſaltus adhuc faciendus eſt in Indias orientales, ubi inprimis latiſſimi ſimulque (o) antiquiſſimi *Sinenſium* vel *Chinenſium* imperii incolae occurrunt; Qui ſicuti ſingulari animi perſpicacia pollent: Ita non in philoſophia tantum naturali ac morali laudabiles fecere progreſſus, viam ipſis praemonſtrante Magno *Sinenſium* Philoſopho *Confucio*, quem in hodiernum usque diem ob immenſa ſua merita divinis proſequuntur honoribus: Sed & in ipſa arte medica, teſtibus ſpeciminibus, quae ea de re cum erudito orbe communicarunt partim *Andreas Cleyerus*, Societatis Batavo-Orientalis Proto-Medicus, partim R. P. *Michaël*

& medici adverſus peſtilentes morbos ita ſuccurrere videntur & flammam ingentem accendunt, quae aerem attenuet. Attenuant autem rectius, ſi oderata ligna urant, qualia ſunt cypariſſi, juniperi & piceae. Hucusque Plutarchus.

(o) Vid. *Magaillans* nouvelle relatione de la Chine.

chael Boymus, e Societate JEſu & in China Miſſionarius. *Prior* in ſpecimine Medicinae Sinicae; *Poſterior* in clave medica ad Chinarum doctrinam de pulſibus.

§. L. Neque vero ex *Aegypto* in *Chinam* Indiae Orientalis tantum feciſſe ſaltum, cuiquam peregrinum videri poteſt: Probabile enim eſt, non alia forte ratione medicinam ad *Chinenſes* perveniſſe, quam per famoſas expeditiones *Seſoſtridis*, quem non ſolummodo *Aethiopiam* & *Arabiam* ſed & univerſam *Aſiam* pervaſiſſe, (p) *Strabonis* teſtimonio abunde notum eſt. Favet vero inprimis huic noſtrae conjecturae efficaciſſime, quod de Sinenſium medicorum praxi refert *P. Boymi*, quod multi medici tota ſua vita vix alii curae ſeſe adplicent, quam unico morbo medendi; (Id enim ab atavis ſuis in familia ſua feri Nepotes obſervant) Hinc alii febrem hecticam duntaxat, alii malignam, alii puerorum ſolummodo, alii mulierum morbos, qui omnium difficillime ſanantur, alii ſolas variolas curandas ſuſcipiunt. Plane ut

M 4 ſuperius

(p) Lib. XVI.

ſuperius de *Aegyptiis* retulimus, qui non omnibus promiſcue morbis, ſed certis tantum ſanandis omnem impendunt operam, ſicuti ex ſupra dictis manifeſtum eſt. Illud vero inprimis omnium maxime admirationem meretur, quod antea citatus (q) *Andreas Cleyerus* de praxi *Sinenſium* medica refert, illis ſcil. aliquot retro ſeculis, ultra 400. annos, prius innotuiſſe circulationem ſangvinis, quam quidem *Europaeis*: Quod ſi verum eſt, oportuit ſane induſtriam atque ſagacitatem horum populorum multo fuiſſe exquiſitiorem, quam *Europaeorum* vel aliarum gentium, utpote quibus per totidem ſecula manſit incognita, adeo ut Medici priorum temporum ſangvinem quidem in vaſis ſuis, *vitalem in arteriis*, *nutritium* vero *in venis* haerere crederent, ſed veluti ſuſpenſum tantum, neque alio niſi inteſtino ſolum motu ſecundum naturam agitatum: Nihiloſecius inſuper ſpiritus in hocce ſtagno, non

(q) In Epiſtola ad D. *Simonem Pauli*, quae legitur in Actis Haffnienſ. Med. Vol. IV. Part. 1. Obſerv. 1.

non aliter ac pisces in aqua, vel culices in aere moveri sursum deorsumque, & per ipsum veluti ad partes natitare opinati sunt: Motum vero periodicum atque circularem a corde tanquam centro ad peripheriam, & a peripheria versus idem centrum profundissime ignorarunt, donec tandem seculi proxime elapsi rara felicitate contingeret, ut utilissimum circulationis sangvinis negotium a *Guilielmo Harvaeo*, sicuti communiter credunt, detegeretur, ac postmodum ab aliis in usum physiologicum aeque ac pathologicum imo & practicum uberius illustraretur.

§. LI. Interim, ut in compendio sistamus, quae a dictis Auctoribus uberius exposita sunt *dogmata Sinensium physiologica* huc fere redeunt: Vitam ac sanitatem hominis consistere in certa duarum qualitatum, calidi scil. innati & humidi primigenii seu radicalis contemperatione, cujus utriusq; qualitatis commune vehiculum sint spiritus & sangvis: Unde vitam ac sanitatem hominis tamdiu sartam tectamque conservari, ajunt, quamdiu inter calorem innatum & hu-

midium radicale debita esset proportio: Quae *Sinensium* Medicorum hypothesis ab ea *Galenicorum* vix aut ne vix quidem differt: Ovum enim non posset ovo esse similius, quam *Sinica* haec hypothesis *Galenicae*. Easdem vero qualitates statuunt porro in principalibus quibusdam organis corporis humani tanquam in suis fontibus recondi, indeque per reliquum corpus diffundi, atque ab illis juxta eorum naturam, a quibus promanant, actum & operationem singulas corporis partes pro sua quamque exigentia accipere. Humidum primigenium adserunt porro sedem suam habere in corde, hepate, renibus, pulmonibus & liene: Calorem vero innatum dicunt hospitari in intestinis majoribus aeque ac minoribus, stomacho, ureteribus & folliculo fellis. Divisio humani corporis in tres ventres seu partes, supremum scil. a capite ad pectus, medium a pectore ad umbilicum & infimum ab umbilico ad plantam pedis, *Sinensibus* quoq; solemnis est, ita tamen, ut artus, brachia nempe cum cruribus, simul comprehendant.

Ele-

Elementa mundi ſupponunt *Chinenſes* ortum ſuum derivare a coelo & conjunctis cum eodem qualitatibus, calido ſc. & humido, quae ad quinarium reducunt numerum, terram ſcilicet, metalla, aquam, arbores, aërem & ignem :· Eo quod omnia corporum genera, quae in hoc univerſo continentur, huc reduci queant.

§. LII. Qualis vero *Sinenſium* medicorum *phyſiologia* eſt; Talis quoque eorundem eſt *Pathologia*. Univerſi enim ſyſtematis in medicina *Sinica* mirabilis eſt connexio & harmonia: Sicuti igitur vitam ac ſanitatem hominis in certa quadam qualitatum proportione collocabant : Ita ex incongrua earundem conjunctione aut violenta ſeparatione ſanitatem corporis primum alterari & langvere, deinde diſſolvi ac tandem prorſus extingvi docebant: Unde morbi deinde varii orirentur ac poſtremo ipſa mors.

§. LIII. Pulſuum inprimis adcuratiſſimi ſunt obſervatores & miri artifices, ad quos rite cognoſcendos ac digno-

gnoſcendos ſubtile non modo ingenium ſed & longa experientia uſusque & exercitatio requiruntur. Suntque in eo inprimis laudandi *Sinenſes* prae *Europæis*, quod explorando pulſui integram fere horam impendant, adeoque etiam de conſtitutione totius M. S. melius ferre queant judicium, ac noſtri quidem medici *Europaei*, qui vel ex ſola tantum conſvetudine pulſum aegrotantium explorant, vel poſt unum aut alterum ictum ſtatim digitum removere ſolent: Quam proinde *Sinenſium* ἀκρίβειαν conferens (r) *Waldſchmidius* cum hac perverſa medicorum noſtratium (s) conſue-

(r) Inſtit. Med. rational. Lib. III. Cap. III.

(s) Praeterquam quod in eo toto fere die peccent Medici practici, quod explorando pulſui non ſat temporis impendant: Ita non minus praecipitem errandi occaſionem nanciſcuntur, ſi, ſtatim ac in cameram, ubi aegrotantes decumbunt, ingreſſi ſunt, ad pulſuum explorationem ruant. Potuit enim contingere, ut manus ipſius medici pulſum indagantis vel tempore hyberno nimio frigore, vel aeſtivo nimio

confvetudine tale tulit judicium: *In eo, ait, peccant medici. quod in cordis motibus obfervandis non fat temporis impendant, fed poft unum vel alterum ictum manum removeant, adeoq; fic fæpisfime decipiantur, putantes to-*

calore fint adfectae, a quibus qualitatibus ipfi quoque humores in fuo motu admodum mutantur & confequenter ipfe pulfus alteratur: Ex quo proinde pulfu ejusque diverfa conditione fi ftatim de indole ipfius fangvinis vellemus ferre judicium, admodum verendum, ne illud valde praeceps atque erroneum fit futurum. Accedit, medicum faepe vocari ad patientes timidiufculos ac pufillanimes, qui ad praefentiam & confpectum ejusdem ftatim exhorrefcunt & pavore corripiuntur, a quali animae paffione iterum fangvis in fuo motu valde alterari & confequenter alius exploranti medico pulfus exhiberi poteft, quam revera eft; Qua ratione praecipitem rurfus errandi viam offendit: Haec ergo incommoda ut fedulo evitet, praeftat aliquantifper expectare, atque explorationem pulfus differre, donec ad temperiem & motum fuum naturalem fangvis fuerit reverfus.

totam M. S. cum tribus aut quatuor ejus guttulis, quarum consistentiam & mixtionem in uno vel altero pulsu explorarunt, pari ambulare passu; Cum plerumque fieri soleat, ut particulae a tergo sequentes aliter mixtae aliusque consistentiae sint. Accedit etiam hoc, quod peregrina fermenta e tabulis partium solidarum subinde excutiantur & sanguini confundantur, in quo statu sanguis tamdiu bonus esse potest, donec heterogeneae illae particulae, a sanguinis priori motu & mixtione abludentes cor ingrediantur, & in pulsus tum celeritate tum frequentia notabilem mutationem inferant. Non mirandum ergo, quod Sinenses *in explorandis pulsibus nobis sint feliciores, utpote qui integram fere horam huic negotio impendunt, quo tempore tota M. S. cordis thalamos peragravit, unde etiam de tota sanguinis Massa aequius ferre possunt judicium.* Hactenus Waldschmidius.

§. LIX. Atque huic Pulsuum theoriae tota quoq; medendi ratio *Sinensium* superstructa est, quorum proinde exactiorem qui habet cognitionem, morbos etiam felicius ac tutius reliquis percurat. Quapropter proprie non *nobis* sed

ſed *pulſibus* medentur *Sinenſes*, imo vero morbis per ipſos pulſus. Quando enim pro pulſu naturali cognoſcunt irrepſiſſe praeternaturalem, adhibent medicinam pulſui praeternaturali, ut ab eo omnino abeat aut ad naturalem revertatur: Quae medicinam exercendi methodus utut nobis mirabilis, nova ac paradoxa videatur, illis tamen vetuſtiſſimis jam temporibus uſitatiſſima fuit, & in diffuſiſſimo, antiquiſſimo ac florentiſſimo *Sinarum* imperio multorum ſeculorum uſu comprobata. Quando vero nonnunquam, ut ſuſpicari facile licet, curatione non ſuccedente, voto ſuo excidunt, dicunt vel pulſus non adcuratae cognitos eſſe, vel malum hoc cum altero complicatum, vel medicinam pulſui, cui mederi impoſſibile ſit, adhibitam fuiſſe. Ex quibus proinde omnibus manifeſtum eſt, ſecundum hanc *Sinenſium medicorum* doctrinam totius *medicinae* tum *cognoſcendae* tum *faciendae* cardinem in ſola inquiſitione ſolertiori pulſuum conſiſtere.

§.LV.

§. LV. In eadem pulſuum Doctrina fundatur quoque univerſa *Sinenſium Semeiotica* tam *Diagnoſtica* quam *Prognoſtica*, cujus itidem curioſiſſimi ſunt obſervatores, imo medicos noſtros *Europaeos* mirifice ſuperant. Hac enim pulſuum ſcientia inſtructi *Sinenſes* Medici non morbos tantum ipſos, ſed & adfectiones ac qualitates morborum, imo & mortem ipſam ſciunt praeſagire imo certo praedicere: Cum noſtri ubique ceſpitent ac toto die a vero morbi genio aberrent, judicantes de praeſentis morbi indole ejusdemque ſymptomatibus & eventu non ex ſola tantum conditione pulſuum, ſed & urina ejusque variis contentis, habitu diverſo corporis externo, quem in ſexu ſequiori penitus ſpernunt *Sinenſes*, cum *mulieres Sinas videre non liceat*, ſputo inſuper & ſaliva, excrementis alvi, reſpiratione vel liberiore vel difficiliore, ac decubitu, ſudore, morbi tolerantia, viribus aegrotantis & ſignis praecipue criticis &c. Non exiguo quoq; medicorum *Sinarum* prae noſtratibus eſt praerogativa, quod

poſt exploratum pulſum omnia divinent, atque ad miraculum fere morbum, quaeque ex illo orta vel oritura ſunt, ſymptomata, diſerte doceant, imo mortem ipſam non ad dies ſolum ſed ad menſes, integrum annum vel saepius plures annos praedicere poſſint: Cum e contra noſtri aut a circumſtantibus, quid morbi habeat aeger, aut ab aegrotantibus ipſis, quid patiantur vel paſſi fuerint, ſollicite ſoleant perquirere, imo in praeſagienda morte non in chronicis tantum ſed & acutis ſaepius turpiſſime hallucinentur. Singularis itaque hinc elucet medicorum *Sinarum* eminentia, quod univerſaliter omnes ac ſingulos morbos eorumque adfectiones ex pulſibus cognoſcant: Quod quenquam alium hucusque praeſtitiſſe aut praeſtare potuiſſe non liquet.

§. LVI. Quid de *Materia Sinenſium medica* dicam, qua certe opulentiſſimum *Sinarum* regnum non deſtituitur? Optandum quidem foret, Miſſionarios Romanos huic ſimul curae invigilare,

 ut

ut tandem adcuratam vegetabilium, quorum in arte medica uſus eſt, deſcriptionem haberemus, quam laudabilem operam P. *Boymi* molitus eſſe dicitur: Sed fruſtra hactenus *Herbarium* ejusmodi *Sinenſe* ſperavimus. Nihilominus variae eaeque utiliſſimae *Europaeis* medicis radices innotuere, quibus felicisſimo cum ſucceſſu in debellandis variis morbis, arthritide v. g. lue venerea, tremore, paralyſi, atrophia, hemicrania, phthiſi, ictero flavo, obſtructionibus alvi, aliisque morbis chronicis uſi ſunt, quas inter Rhabarbarum & radix Chinae non poſtremum certe locum occupant. Cujus rei indubitatum poteſt eſſe argumentum, quod ipſi quoque *Indiani* chinae radicem in magno habeant pretio, eamque inprimis commendent contra luem veneream, quod malum latisſime quoque in Indiis orientalibus graſſatur. Quod *formas Remediorum* attinet, *potiones* inprimis, *pilulae* atque *pulveres* ſunt, quibus utuntur, & quibus omnibus obviis malis mederi conantur. Neceſſe

tamen

tamen eſt ea, quae circa rationem victus obſervanda eſſe dicunt, ſedulo obſervare; In *Diaeta* enim praeſcribenda adcurati admodum ſunt *Sinenſes*, eaque ſi verum fateri debeamus, noſtrae longisſime iterum praeferenda, quia non alio niſi calido cibo ac potu fruuntur, cum e contra noſtri, acutis etiam decumbentes, gelidam improvide ingurgitantes, mirifice ſibi nocere aliaque chronica mala accerſere ſoleant. Coeperunt tamen laudabilem iſtam *Sinarum* conſuetudinem circa finem praeteriti ſeculi agnoſcere *Europaei*, eandemque non ſine fructu imitari; Unde vix hodie honoratior quaedam familia eſt, quae non potui calido herbae Thee vel Caffee tam ſcopo praeſervatorio quam curatorio ſoleat indulgere.

§. LVII. Tantorum vero beneficiorum primum veluti datorem ac inventorem *Chinenſes* venerati ſunt quendam ſuorum Imperatorum, cui nomen erat HOAMTI, quaſi diceres, *flavus Imperator*, qui 400. vel paulo amplius

plius annis poſt diluvium vixiſſe & anno ante Chriſtum natum 2697. imperium ſuſcepiſſe dicitur. Quamvis (t) *annales Sinarum* mentionem quoque faciant alterius Imperatoris, nomine CININGO vel XIN-NUM, qui FOHI, *Monarchiae Sinicae* fundatori ſucceſſerit, quique pariter pro explorandis plantarum facultatibus diverſa adornaverit experimenta: Ulterius vero proceſſiſſe Imperatorem HOAMTI, ejusdem Succeſſorem ferunt, qui, ut de univerſo Imperio optime mereretur, mortalesque ſibi devinciret, primus medicinas apud *Sinas* excoluit, ejusdemque artis praecepta poſteris tradidit. Doctrinam inprimis de pulſibus exquiſitisſime elaboravit, imo huic univerſum medicinae ſyſtema ſuperinaedificavit. Eſtque ejusdem ſcientia pulſuum ab ea *Eraſiſtrati* vel *Galeni* vel quorumcunque aliorum medicorum penitus diverſa, & a nullo alio vel per ſomnium imaginata. (u) Omnes enim cum

(t) Vid. Kircherum, P. Martini, Couplet &c.
(u) Vid. P. Boymi praefat. ad Medicos, clavi pulſuum praefixam.

cum *Galeno* unius tantum manus pulſum explorare jubent; *Hoamti* ambarum. *Galenus* ſiniſtram duntaxat; *Hoamti* praeter ſiniſtram etiam dextrae prius jubet explorare pulſus, quod videlicet ibi vita incipiat deſinatque. *Galenus* contendit, unicum locum in ſiniſtra ad hoc ſufficere; *Hoamti* in dextra tria loca, totidemque in ſiniſtra ad pulſus cognoſcendos eſſe neceſſaria ſtatuit. Neque hoc contentus, in brachio tam dextro quam ſiniſtro in profunditate cujuslibet loci ſuperficiem, medium & profundum, h. e. ad pellem & carnes, ad ſangvinem & nervos, denique ad oſſa, qualem pulſum habeant, explorare & diſtinguere docet. Praeterea in foemina & viro naturales etiam pulſus in dictis tribus locis diverſiſſimos obſervavit. Quid amplius? Levitatem & gravitatem ineſſe pulſibus oſtendit. Quid deinde? Menſuram pulſuum infallibilem vitae & morborum regulam, quae intervallis conſtat ſpirationum, praeſcribit. Quid dicam de qualitate pulſuum inter ſeſe differentium, atque admirabili illa reperta con-

nexione

nexione ac certitudine cum adfectionibus, quas praedixit? Quid memorem de cauſis, quas adſignavit in differentiis pulſuum? Quibus omnibus tanta cum religione hodieque ſubſcribunt medici *Sinenſes*, ut praecepta hujus Imperatoris ſedulo obſervando & genera morborum & quae ex illis conſequuntur, ſymptomata, certo adſequantur.

§. LVIII. Atque in hiſce paucis fere conſiſtit, quicquid & de primis medicinae originibus & qualibuscunque ejusdem incrementis ſuppeditant nobis *Aegyptiorum* aliarumque vetuſtiorum gentium annales.

